   Thlaspi fruticosum spinosum narbonense. *mag. Bot.* 251. *hort.* 194.
2. ALYSSUM caule erecto herbaceo, siliculis subsessilibus ovalibus compresso-planis, petalis acuminatis. *h. m.* 320. *Clypeatum.*
   Lunaria leucoii folio, siliquâ oblongâ majori. *mag. hort.* 123.
3. ALYSSUM staminibus quatuor dentatis, duobus squamâ longitudinali, calycibus persistentibus. *h. m.* 321. *Calycinum.*
   β. Alysson incanum serpyllifolio minus. *Tour.* 217.
4. ALYSSUM staminibus terminalibus setis interpositis. *h. m.* 321. *Campestre.*
   Thlaspi alyssum dictum campestre minus. *mag. Bot.* 251. *hort.* 194.
   β. Thlaspi alyssum dictum minus, capsulis majoribus rotundis non foliatis. *mag. Bot.* 251.
   Alysson incanum serpyllifolio fructu nudo. *Tour.* 217.
   Thlaspi alysson dictum minus, capsulis rotundis non foliatis. *mag. Bot.* 251. *absque synonymia Bauhini.*

CLYPEOLA.

Silic. orbiculata, emarginata, integra, compresso-plana decidua.

Herba rigida. *fol.* integerrima scabriuscula.

Jonthlaspi. 1. CLYPEOLA siliculis unilocularibus monospermis. *h. m.* 322.
Thlaspi clypeatum serpyllifolio. *mag. Bot.* 252.
Lunaria minima serpyllifolia. *mag. hort.* 124.

Maritima. 2. CLYPEOLA perennis, siliculis bilocularibus ovatis dispermis. *h. m.* 322.
Thlaspi narbonense centunculi angusto folio. *mag. Bot.* 251.

BISCUTELLA.

Silic. compresso-plana rotundata, suprà infràque 2-loba margine carinato. *cal.* foliola basi gibba.
Herba rigida. *fol.* scabra. *inflor.* paniculæ ramis divaricatis.

Didyma. 1. BISCUTELLA siliculis orbiculato-didymis à stylo divergentibus. *h. m.* 322. *La lunetiere.*
Thlaspi parvum hieracifolium, sive lunaria lutea monspeliaca. *mag. Bot.* 252.
Lunaria lutea Dalechampii. *mag. hort.* 24.

TETRADYNAMIA

SILIQUOSÆ.

DENTARIA.

Siliq. elasticè diffiliens: valvulis revolutis: *stigma* emarginatum. *cal.* longitudinaliter connivens.
Herba simplicissima. *fol.* digitata.

Pentaphyllos 1. DENTARIA foliis summis digitatis. *h. m.* 323. *La dentaire.*
Dentaria heptaphyllos & pentaphyllos. *mag. hort.* 61.

CARDAMINE.

Siliq. linearis ſubcylindrica: valvulis elaſticè diſſilientibus revolutis. *ſtigm.* integrum. *cal.* ſubhians.

Herba debilis. *fol.* compoſita pinnata.

1. CARDAMINE foliis radicalibus pinnatis, foliolis ſubrotundis, caulinis linearibus. *Linn. ſiſt. nat.* 1131. *h. m.* 324. *Pratenſis.*
Cardamine pratenſis magno flore. *Tour.* 224.
2. CARDAMINE foliis pinnatis exſtipulatis, foliolis obtuſis lanceolatis, floribus corollatis. *Linn. ſiſt.* 1131. *h. m.* 324. *β.* *Parviflora.*
Naſturtium pratenſe parvo flore. *mag. Bot.* 183.
Cardamine pratenſis parvo flore. *Tour.* 224.
3. CARDAMINE foliis pinnatis, axillis ſtoloniferis. *h. m.* 324. *Amara.*
Cardamine, ſive naſturtium aquaticum majus & elatius. *mag. hort.* 43.
4. CARDAMINE foliis inferioribus ovatis integris, intermediis ternatis, ſummis pinnatis. *h. m.* 325. *Reſedifolia.*

SISYMBRIUM.

Siliq. dehiſcens: valvulis rectis. *cal.* & *cor.* patens.

Herba debilis. *inflor. fol.* incerta.

* *Siliquis declinatis brevibus.*

1. SISYMBRIUM ſiliquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis ſubcordatis. *h. m.* 325. *Le creſſon d'eau.* *Naſturtium.*
Naſturtium aquaticum ſupinum. *mag. Bot.* 183.
* PHARM. *Naſturtii aquatici* herba, ſuccus, ſyrupus. Vis diuretica, deobſtruens, antiſcorbutica, pectoralis, lacti ſubincocta.. *herba* ad manip. I. in juſculo... *aqua* ab unc. IV, ad VIII.. *ſyrupus* ab unc. ſſ. ad. I.

Sylvestre. 2. SISYMBRIUM siliquis declinatis, foliis pinnatis, foliolis lanceolatis serratis. *h. m.* 325. *allion. pedem. tab.* 7.

Obs. Variat foliolis summis linearibus integerrimis.

Amphibium. 3. SISYMBRIUM siliquis declinatis oblongo-ovatis, foliis pinnatifidis serratis. *h. m.* 325.

Aquaticum. β. Raphanus aquaticus foliis in profundas lacinias divisis. *mag. Bot.* 219. cardamine. *mag. hort.* 43.

Tenuifolium. 4. SISYMBRIUM foliis integerrimis, bipinnatifidis; summis integris. *Linn. sist.* 1132. *cent.* 50. *La roquette sauvage.*

Eruca tenuifolia perennis luteo flore. *mag. Bot.* 91. *hort.* 74.

Sinapi erucæ folio. *Bauh. pin.* 99.

Habitat copiosè circa urbem, in muris antiquis, & locis sterilibus.

* *Siliquis axillaribus sessilibus.*

Polyceratium. 5. SISYMBRIUM siliquis axillaribus subulatis aggregatis, foliis repando-dentatis. *h. m.* 326.

Erysimum polyceration, sive corniculatum. *mag. Bot.* 92. *hort.* 75.

Murale. 6. SISYMBRIUM foliis lyratis denticulatis, siliquis sessilibus. *h. m.* 326.

Eruca sylvestris minor lutea bursæ pastoris folio. *mag. Bot.* 91. *hort.* 74.

* *Foliis bipinnatis.*

Asperum. 7. SISYMBRIUM siliquis scabris, foliis pinnatifidis: pinnis lineari-lanceolatis subdentatis, corollis calyce longioribus. *h. m.* 326.

Sisymbrium monspessulanum siliquâ hirsutâ asperâ. *mag. Bot.* 242.

Sinapi monspessulanum siliquâ asperâ hirsutâ. *mag. hort.* 184.

Irio. 8. SISYMBRIUM foliis pinnato-hastatis: extimo hastato. *h. m.* 326.

Erysimum latifolium majus glabrum. *mag. Bot.* 92. *hort.* 75.

ERYSIMUM.

Siliq. columnaris exactè tetraëdra. *cal.* connivens.
Herba debilis. *fol.* incerta.

1. ERYSIMUM ſiliquis ſpicæ adpreſſis. *h. m.* 327. *Le velar, ou tortelle.* *Officinale.*
Erytimum vulgare. *mag. Bot.* 92. *hort.* 75.
* PHARM. *Eryſimi* herba, ſyrupus. Vis incidens, expectorans, abſtergens, antiaſthmatica, antiraucedinoſa, antiiſchurica.. *herba* ad man. 1. ſeu 11. in infuſo.. *ſyrupus* ad unc. 1.

2. ERYSIMUM foliis lyratis, extimo ſubrotundo. *h. m.* 327. *L'herbe de Ste. Barbe.* *Barbarea.*
Eruca latifolia lutea, ſive barbarea. *mag. Bot.* 98. *hort.* 74.
* PHARM. *Barbareæ* herba, ſemina. Vis vulneraria, abſtergens, antiſcorbutica, diuretica.

3. ERYSIMUM foliis cordatis petiolatis. *h. m.* 328. *L'alliaire*, alliaria. *mag. Bot.* 8. *Alliaria.*
Heſperis allium redolens. *mag. hort.* 97.
* PHARM. *Alliariæ* herba, *ſuccus.* Vis diuretica, incidens, antiaſthmatica, antiulceroſa, antigangrænodæa.

CHEIRANTHUS.

Germen utrinque denticulo glanduloſo. *cal.* connivens foliolis 2 baſi gibbis oppoſitis. *ſem.* plana.
Suffruticulus & *herba. fol.* (*ſæpius*) mollis.

1. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis acutis glabris, ramis angulatis. *h. m.* 329. *Le violier jaune.* *Cheiri.*
Leucoium luteum vulgare. *mag. Bot.* 154.
* PHARM. *Cheiri* herba, flores, conſerva, oleum, ſuccus, ſemina. Vis anodina, antirheumatiſma-

lis, nervina, antiapoplectica, pellens, uterina, ſubabortiva *ex Geoffr... flores* & *folia* ad man. I. in vini lib. I... *ſemina* à drach. I. ad drach. II.

Incanus. 2. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis integerrimis obtuſis incanis, ſiliquis apice truncatis compreſſis, caule ſuffruticoſo. *h. m.* 329. *Le violier des jardins.*

Leucoium incanum majus. *mag. hort.* 115.

Annuus. 3. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis ſubdentatis obtuſis incanis, ſiliquis cylindricis apice acutis, caule herbaceo. *h. m.* 329.

Leucoium incanum minus. *mag. hort.* 115.

Triſtis. 4. CHEIRANTHUS foliis linearibus ſubſinuatis, floribus ſeſſilibus petalis undatis, caule ſuffruticoſo. *h. m.* 329. *fruticuloſus.* n°. 5.

Leucoium minus breviori folio, obſoleto flore. *Barr. icon.* 999. n°. 2.

Sinuatus. 5. CHEIRANTHUS B. ſiliquis muricatis, foliis tomentoſis, radicalibus ſubſinuatis. *Linn. ſiſt. nat.* 1134.

Leucoium maritimum ſinuato folio. *pin.* 201. *mag. Bot.* 154. *hort.* 116.

HABITAT in toto tractu maritimo; *à Perauls, Maguelone, Cete, Agde.*

Siliquæ longæ cylindricæ tomentoſæ craſſæ, punctis prominulis ſcabræ.

Littoreus. 6. CHEIRANTHUS foliis lanceolatis ſubdentatis ſubtomentoſis ſubcarnoſis, petalis emarginatis, ſiliquis tomentoſis. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 925.

Leucoium maritimum anguſtifolium. *mag. Bot.* 154. *hort.* 116.

HABITAT cum priori & copioſè circa *Maguelone* & *Perauls.*

HESPERIS.

Petala obliquè flexa. *glandula* inter ſtam. breviora. *è ſiliqua* ſtricta. *ſtigm.* baſi bifurcâ apice connivente. *calyx* clauſus. *Herba* rigidiuſcula. *fol.* ſimplex ſcabra.

1. HESPERIS caule ramosissimo diffuso, foliis lanceolatis serratis scabris, siliquis sessilibus. *h. m.* 330. *Africana.*
Hesperis sylvestris parvo flore. *mag. Bot.* 127. *hort.* 97.

2. HESPERIS caule erecto ramoso, foliis cordatis amplexicaulibus serratis. *h. m.* 330. *Verna.*
Draba siliquosa floribus violaceis. *mag. Bot.* 87.
Leucoium maritimum latifolium alterum. *mag. hort.* 116.
HABITAT in summo cacumine montis Lupi copiosè, & ibi nudicaulem sæpe observavimus, altitudinis sesquipalmaris aut etiam vix bipollicaris.

3. HESPERIS caule simplici erecto, foliis subhastatis dentatis, petalis obtusis. *Linn. sp. pl. edit.* 2ª. 927. *Inodora.*
Hesperis sylvestris inodora. *Tour.* 222. & pannonica inodora. *Bauh. hist.* 2. 878.
HABITAT copiosè *à l'Esperou. Caulis* cubitalis, rarò ramosus. *Folia* sæpe vix denticulata.

ARABIS.

Glandulæ 4 nectariferæ intra foliola calycis, squamæ instar reflexæ. *Stigma* simplex.
Herba scabra. *fol.* simplex scabra.

1. ARABIS foliis amplexicaulibus dentatis. *h. m.* 331. *Alpina.*
β. Draba alba siliquosa. *mag. Bot.* 87.
Leucoium vernum perenne album. *mag. hort.* 116.

2. ARABIS foliis petiolatis lanceolatis subintegerrimis ciliatis. *h. m.* 331. *Thaliana.*
Bursæ pastoris similis siliquosa major. *mag. Bot.* 43.
Turritis vulgaris ramosa. *mag. hort.* 201.

3. ARABIS foliis amplexicaulibus, siliquis decurvis planis linearibus. *h. m.* 331. *Turrita.*
Turritis vulgatior. *mag. Bot.* 272. *hort.* 201.
Leucoium hesperidis folio. *mag. hort.* 117.

TURRITIS.

Siliq. longissima angulata. *cal.* connivens. *petala* erecta.

Herba scabra simplicissima. *inflor.* racemo coarctato longissimo, strictissimo.

Hirsuta. 1. TURRITIS foliis omnibus hispidis, caulinis amplexicaulibus. *h. m.* 331. *La tourrette.*

Turritis minor, barbarea muralis. *mag. Bot.* 272. *hort.* 201.

BRASSICA.

Cal. connivens erectus. *sem.* globosa: *glandulæ* 2 inter stamina breviora & pistillum; 2 inter longiora & calycem.

Herba. fol. incerta.

NOTA. Ita affinis sequenti ac arabis hesperidi.

* *Stylo obtusiusculo.*

Napus. 1. BRASSICA radice caulescente fusiformi. 332. *Le navet.*

Napus sativa. *mag. Bot.* 181. *hort.* 141.

* PHARM. *Napi* radix, succus, semina. *Vis radicis* flatulenta, pectoralis, tussi inveteratæ, phtysi, asthmati adversa, extus resolvens, anodina. *Seminum* vis incidens, aperiens, diuretica, diaphoretica.

Rapa. 2. BRASSICA radice caulescente orbiculari depressa carnosa. *h. m.* 332. *La rave.*

Rapum sylvestre non bulbosum. *mag. Bot.* 219.

Rapa sativa. *mag. hort.* 171. oblonga & rotunda.

* PHARM. *Rapa* radix, syrupus, semina. Vis flatulenta, aphrodisiaca, pectoralis, asthmati, tussi contumaci, phtysi adversa, antiaphtosa; extus antiotalgica, antipernionica.

Oleracea. 3. BRASSICA radice caulescente tereti carnosa. *h. m.* 333. *Le chou.*

Brassica & ejus varietates. *mag. hort.* 34.

* PHARM. *Brassicæ rubræ* folia, succus, semina. Vis flatulenta, alkalescens, antiscorbutica, abstergens, pectoralis, tussi, raucedini, cephalalgiæ crapulosæ adversa.

** *Erucæ siliquis stylo ensiformi.*

4. BRASSICA foliis dentato-pinnatifidis, caule hispido, siliquis lævibus. *h. m.* 333. *Erucastrum.*
Eruca sylvestris major lutea, caule aspero. *Tour.* 227.

5. BRASSICA foliis lyratis, caule hirsuto, foliis glabris. *h. m.* 333. *La roquette.* *Eruca.*
Eruca latifolia sativa alba. *mag. hort.* 74.
* PHARM. *Erucæ* herba, semina. Vis stomachica, diuretica, antiscorbutica, aphrodisiaca antiapoplectica, paralysi linguæ adversa, attrahens, rubefaciens.

SINAPIS.

Cal. horizontaliter patens. *cor.* ungues rectæ. *glandulæ* 2 inter stamina breviora & pistillum, interque longiora & calycem 2. *siliqua* dehiscens.
Herba scabra. *fol.* scabriuscula.

1. SINAPIS siliquis multangulis toroso turgidis rostro longioribus. *h. m.* 333. *La moutarde.* *Arvensis.*
Rapistrum flore luteo. *mag. Bot.* 219.
Sinapi arvense præcox semine nigro. *mag. hort.* 184.

2. SINAPIS siliquis tetragonis glabris. *h. m.* 333. *Autre moutarde.* *Nigra.*
Sinapi siliquâ latiusculâ glabrâ, semine rufo, sive vulgare. *mag. Bot.* 241.
Sinapi rapi folio. *mag. hort.* 185.
* PHARM. *Sinapeos* semina, oleum, expressum. Vis diuretica, aphrodisiaca, antihydropica, antiparalytica, antisoporosa, sternutatoria, sialagoga, diaphoretica, stomachica, anticachectica, attrahens, subepispastica.

3. SINAPIS siliquis hispidis rostro obliquo longissimo. *h. m.* 334. *Alba.*

Sinapi apii folio. *mag. hort.* 185.

* PHARM. *Sinapi albi* ſemina, oleum expreſſum. Vis prioris ſuccedanea.

RAPHANUS.

Cal. clauſus. *ſiliq.* toroſa ſubarticulata teres. *glandulæ* melliferæ ut in prioribus. *Herba* ſcabra. *fol.* pinnata ſcabra.

Sativus. 1. RAPHANUS ſiliquis teretibus toroſo-bilocularibus. *h. m.* 334. *Le raifort. Le radi.*

Raphanus minor oblongus. *mag. hort.* 171.

β. Raphanus major orbicularis. *mag. hort.* 171.

γ. Raphanus niger. *mag. hort.* 171.

* PHARM. *Raphani* radix, ſuccus, ſemina. Vis ructatrix, attenuans, diuretica, antiiſchurica, aſthmati convulſivo, raucedini adverſa, ſubemetica.

Raphaniſtrum. 2. RAPHANUS ſiliquis teretibus articulatis lævibus, unilocularibus. *h. m.* 334. *Le raifort ſauvage.*

Rapiſtrum flore albo, ſiliquâ articulatâ. *mag. Bot.* 219.

Raphaniſtrum flore albo ſtriato, ſiliquâ articulatâ. *mag. hort.* 171.

BUNIAS.

Silicula tetraëdra, decidua, angulis inæqualibus acuminatis muricata. *Herba. fol.* incerta, ſimplex.

Erucago. 1. BUNIAS ſiliquis tetragonis: angulis bicriſtatis. *h. m.* 335. *La maſſe au bedeau.*

Erucago monſpeliaca ſiliquâ quadrangulâ echinatâ. *mag. Bot.* 91.

Erucago ſegetum. *mag. hort.* 75.

Cakile. 2. BUNIAS ſiliquis ovatis tetragono-ancipitibus, foliis pinnatifidis carnoſis. *h. m.* 75.

Eruca maritima italica ſiliquâ haſtæ cuſpidi ſimili. *mag. Bot.* 92.

Erucago maritima. *mag. hort.* 74.

Classis VII.

TETRAPETALI IRREGULARES.

TETRANDRIA

DIGYNIA.

HYPECOUM.

DODECANDRIA

TRIGYNIA.

EUPHORBIA.

TETRADYNAMIA.

IBERIS.

DIADELPHIA

OCTANDRIA.

POLYGALA.

DIADELPHIA

DECANDRIA.

SPARTIUM.
GENISTA.
ONONIS.
ANTHYLLIS.
LUPINUS.
ROBINIA.
COLUTEA.
PHASEOLUS.
PISUM.
OROBUS,

LATHYRUS.
VICIA.
CICER.
ERVUM.
CYTISUS.
GLYCYRRHIZA.
CORONILLA.
ORNITHOPUS.
HYPPOCREPIS.
SCORPIURUS.
HEDYSARUM.
ASTRAGALUS.
BISSERULA.
PSORALEA.
TRIFOLIUM.
LOTUS.
TRIGONELLA.
MEDICAGO.

TETRAPETALI IRREGULARES.

TETRANDRIA

DIGYNIA.

HYPECOUM.

Cal. 2-phyllus. *petala* 2-opposita exteriora latiora 3-fida. *siliq.* compressa articulata.

Herba. fol. glauca pinnata: foliolis incisis.

1. HYPECOUM siliquis arcuatis compressis. *h. m.* 74. *Procumbens.*
Hypecoüm siliquosum. *mag. Bot.* 134.
Hypecoüm siliquis articulatis incurvis. *mag. hort.* 101.

2. HYPECOUM siliquis cernuis teretibus cylindricis. *h. m.* 75. *Pendulum.*

DODECANDRIA

TRIGYNIA.

EUPHORBIA.

Cal. 1-phyllus ventricosus. *petala* peltata. *caps.* 3-cocca.

Herba. fol. sparsa simplex. *lactesc.* alba glutinosa acris.

* *Dichotomæ, umbellâ 2-fidâ aut nullâ.*

Chamæsyce. 1. EUPHORBIA dichotoma, foliis crenulatis subrotundis, floribus solitariis axillaribus, caulibus procumbentibus. *h. m.* 231.

Tithymalus exiguus glaber nummulariæ folio. *mag. hort.* 197.

Chamæsice. *mag. Bot.* 62.

Peplis. 2. EUPHORBIA dichotoma, foliis integerrimis semicordatis, floribus solitariis axillaribus, caulibus procumbentibus. *h. m.* 231.

Peplus maritima folio rubro & albo. *mag. Bot.* 200.

Tithymalus maritimus folio obtuso aurito rubro & viridi. *mag. hort.* 197.

Peploïdes. 3. EUPHORBIA cymosa, foliis integerrimis obliquè cordatis acuminatis, floribus axillaribus solitariis, germinibus ovatis acutis. Peplus minor. *mag. Bot.* 200.

Tithymalus annuus supinus folio rotundiore acuminato. *Tour.* 87. *mag. hort.* 197.

HABITAT in arvis. *Caulis* vix palmaris erectus apice multifidus; *rami* patentes in cymam; *capsulæ* obsoletè trigonæ acutæ.

** *Umbellâ trifidâ.*

Peplus. 4. EUPHORBIA umbellâ trifidâ, dichotomâ, involucellis ovatis, foliis integerrimis obversè ovatis petiolatis. *h. m.* 232.

Peplus, sive esula rotunda. *mag. Bot.* 200.

Tithymalus foliis rotundis non crenatis. *mag. hort.* 197.

OBS. A priori diversissima, caule, foliis, & præsertim capsulis trigonis obtusiusculis; angulis sulco exaratis.

Exigua. 5. EUPHORBIA umbellâ trifidâ, dichotomâ, involucellis lanceolatis, foliis linearibus. *h. m.* 232.

Tithymalus, sive esula exigua. *mag. Bot.* 306. *hort.* 197.

β. Tithymalus exiguus ſaxatilis. *mag. Bot.* 259. *icon.* 258. *Retuſa.*
Tithymalus anguſtifolius ſaxatilis. *mag. hort.* 197.

*** *Umbellâ quadrifidâ.*

6. EUPHORBIA umbellâ quadrifidâ, dichotomâ, foliis oppoſitis integerrimis. *h. m.* 252. *L'épurge.* *Lathyrus.*
Tithymalus cataputia dictus. *mag. hort.* 197.
* PHARM. *Cataputiæ minoris* ſemina. Vis intus corrodens, draſtica, anginizans, tormina hypercatharſim excitans; extus antiverrucalis. Robuſtis ſemina à x-xx, exoleta, cauta.. *ſuccus lacteus* cum ſale tartari digeſtus inſpiſſatus, ſcammonii ſmyrnenſis ſuccedaneus *ex Chomelio.*

**** *Umbellâ quinqueſidâ.*

7. EUPHORBIA umbellâ quinqueſidâ, biſidâ, involucellis ſubovatis, foliis lanceolatis obtuſis integerrimis. *h. m.* 232. *Dulcis.*
Tithymalus montanus non acris. *mag. Bot.* 306.
OBS. Folia euphorbiæ verrucoſæ; capſulæ tuberculatæ.

8. EUPHORBIA umbellâ ſub 5-fidâ, biſidâ, involucellis cordato-reniformibus, foliis ſurſum imbricatis carnoſis. *h. m.* 233. *Paralias.*
Tithymalus maritimus. *mag. Bot.* 255. *hort.* 196.

9. EUPHORBIA umbellâ 5-fidâ, dichotomâ, involucellis cordato-acutis, foliis lineari-lanceolatis, ramis floriferis. *h. m.* 233. *Segetalis.*
Tithymalus amygdaloïdes anguſtifolius. *mag. Bot.* 256.

β. Tithymalus lini folio acuto. *mag. Bot.* 86. *hort.* 196.
* PHARM. *Tithymali amygdaloïdis* radix. Præcedenti analoga. *Radix* in juſculo à *drach.* ſſ. ad *drach.* 1. adversùs febres intermittentes.

10. EUPHORBIA umbellâ 5-fidâ, trifidâ, dichotomâ, involucellis obovatis, foliis cuneiformibus ſerratis. *h. m.* 233. *Helioſcopia.*
Tithymalus helioſcopius. *mag. Bot.* 256. *hort.* 197.

Serrata. 11. EUPHORBIA umbellâ 5-fidâ, trifidâ, dichotomâ, involucellis diphyllis reniformibus, foliis amplexicaulibus cordatis ſerratis. *h. m.* 233.
Tithymalus characias folio ſerrato. *mag. Bot.* 254. *hort.* 196.

Verrucoſa. 12. EUPHORBIA umbellâ quinquefidâ, ſubtrifidâ, bifidâ, involucellis ovatis, foliis lanceolatis ſerrulatis villoſis, capſulis verrucoſis. *h. m.* 233.
Euphorbia, *ſtricta*, foliis lanceolatis ſerrulatis glabris. *Linn. ſiſt. nat.* 1049.
Tithymalus myrſinites fructu verrucæ ſimili. *mag. Bot.* 255. *hort.* 196.

Platyphyllos 13. EUPHORBIA umbellâ 5-fidâ, ſubquadrifidâ, dichotomâ, involucellis primariis tetraphyllis, foliis lanceolatis ſerratis ſeſſilibus. *h. m.* 233.

Piloſa. 14. EUPHORBIA umbellâ 5-fidâ, trifidâ, bifidâ, involucellis ovatis, petalis integris, foliis lanceolatis ſubpiloſis apice ſerrulatis. *h. m.* 234.
Tithymalus characias pratenſis incanus. *mag. Bot.* 255. *hort.* 196.

* * * * *Umbellâ multifidâ.*

Eſula. 15. EUPHORBIA umbellâ multifidâ, dichotomâ, involucellis ſubcordatis, petalis ſubbicornibus, ramis ſterilibus, foliis uniformibus. *h. m.* 234. *La grande éſule.*
Tithymalus foliis pini fortè Dioſcoridis. *mag. Bot.* 256. *hort.* 196.
Tithymalus lithoſpermi majoris folio. *mag. Bot.* 305. *hort.* 196.
* PHARM. *Eſulæ majoris* radicis cortex, ſemina, extractum. Vis ſubſequentis.

Cypariſſias. 16. EUPHORBIA umbellâ multifidâ, dichotomâ, involucellis ſubcordatis, ramis ſterilibus, foliis ſetaceis, caulinis lanceolatis. *h. m.* 234. *La petite éſule.*
Tithymalus cypariſſias. *mag. Bot.* 256. *hort.* 196.
* PHARM. *Eſulæ minoris* radicis cortex, ſemina, extractum. Vis corrodens, draſtica, inflammatoria; cortex correctus hydropicis, cachecticis, febribus

febribus intermittentibus, quartanæ proficuus. Datur à *scrup.* 1 ad drach. 1, in substantia; ad drach. 2. in infuso.. *extractum* à scrup. 1. ad drach. ss.. *semina* n°. x aut xii. robustis: exolevit: cautè usurpanda.

17. EUPHORBIA umbellâ suboctofidâ, bifidâ, involucellis subovatis, foliis spathulatis patentibus carnosis mucronatis, apice scabris. *h. m.* 234. *Myrsinites.*
Tithymalus myrsinites latifolius. *mag. hort.* 196.

18. EUPHORBIA umbellâ multifidâ, dichotomâ, involucellis petiolatis orbiculatis, foliis obtusis. *h. m.* 234. *Amygdaloïdes.*
Tithymalus characias amygdaloïdes. *mag. Bot.* 254. *hort.* 196.

19. EUPHORBIA umbellâ multifidâ, dichotomâ, involucellis perfoliatis subcordatis, foliis lanceolatis integerrimis. *h. m.* 235. *Sylvatica.*
Tithymalus characias rubens germanicus. *mag. Bot.* 254. *hort.* 196.

20. EUPHORBIA umbellâ multifidâ, bifidâ, involucellis perfoliatis emarginatis, foliis integerrimis, caule frutescente. *h. m.* 235. *Characias.*
Tithymalus characias rubens peregrinus. *mag. Bot.* 254. *hort.* 196.

TETRADYNAMIA.

IBERIS.

Cal. 4-phyllus. *petala* 2 exteriora vicina majora. *silicula* emarginata polysperma.

Herba. fol. incerta. *inflor.* racemoso-corymbosa.

1. IBERIS foliis lanceolato-linearibus carnosis integerrimis ciliatis, ramulis senescentibus suffruticosis apice nudiusculis. *Saxatilis.*
Thlaspi saxatile vermiculato folio acuto. *Bauh. pin.* 107. *Tour.* 213.

HABITAT in ſaxoſis, *au mont S. Loup*, & circa *Lamalou*, *Fougeres*. Vix 2-pollicaris. Ramuli diffuſi. Siliculæ ſuborbiculatæ magnæ emarginatæ.

Umbellata. 2. IBERIS foliis lanceolatis acuminatis, inferioribus ſerratis, ſuperioribus integerrimis. *h. m.* 319.
Thlaſpi umbellatum creticum iberidis folio. *mag. hort.* 194.

Amara. 3. IBERIS foliis lanceolatis acutis ſubdentatis, floribus racemoſis. *h. m.* 319.
Thlaſpi umbellatum arvenſe iberidis folio. *mag. app.* 305. *hort.* 194.

Nudicaulis. 4. IBERIS foliis ſinuatis, ſcapo nudo ſimplici. *h. m.* 319.
Burſa paſtoris minor foliis inciſis. *mag. Bot.* 43. *hort.* 37.

Pinnata. 5. IBERIS foliis linearibus pinnatifidis. *h. m.* 319.
Thlaſpi alterum umbellatum naſturtii folio monſpeliacum. *mag. Bot.* 250. *hort.* 194.

DIADELPHIA OCTANDRIA.

POLYGALA.

Cal. 5-phyllus: foliolis 2 alæformibus coloratis. *legum.* obcordatum biloculare.

Herba. fol. ſparſa integerrima. *inflor.* racemoſa terminalis.

Vulgaris. 1. POLYGALA floribus criſtatis racemoſis, caulibus herbaceis ſimplicibus procumbentibus, foliis linearibus lanceolatis. *h. m.* 355.
Polygala major. *mag. Bot.* 207. *hort.* 162.
β. Polygala vulgaris. *mag. Bot.* 207. *hort.* 162.
γ. Polygala vulgaris flore albo. *mag. hort.* 162.
* PHARM. *Polygalæ herba.* Vis reſolvens, expec-

torans, antipleuritica, antiperipneumonica, & polygalæ virginianæ (quæ in phlogosi membranacea specifica est *ex Linnæo*) succedanea, sed debilior. Datur pro potu ordinario pleuriticis, peripneumonicis polygalæ manipulus cum radicis altheæ *unc.* ss. & liquiritiæ *drach.* ii, in aquæ ferventis pinta læviter infusus.

2. POLYGALA floribus cristatis racemosis, caule erecto, foliis lanceolato-linearibus acutis. *h. m.* 355. *Monspeliaca.*

Polygala acutioribus foliis monspeliaca. *mag. Bot.* 207. *hort.* 162.

β. Polygala annua erecta angustifolia, floribus coloris obsoleti, carneis lineis virgatis. *mag. Bot.* 208. *hort.* 162.

γ. Polygala floribus purpurascentibus monspeliaca. *mag. hort.* 162.

δ. Polygala floribus cæruleis. *mag. hort.* 162.

DIADELPHIA DECANDRIA.

SPARTIUM.

Stigma longitudinale, supra villosum. *filamenta* adhærentia carinæ & germini. *cal.* deorsum prominens.

Frutex. fol. inflor. & *fulc.* incerta.

* *Foliis simplicibus.*

1. SPARTIUM ramis oppositis teretibus apice floriferis, foliis lanceolatis. *h. m.* 355. *Le genêt d'Espagne.* *Junceum.*

Genista juncea. *mag. Bot.* 105. *hort.* 84.

* PHARM. *Genistæ hispanicæ* folia, rami, summitates, cineres. Vis genistæ vulgaris.

2. SPARTIUM ramis angulatis, racemis lateralibus, foliis lanceolatis. *h. m.* 355. *Monospermum.*

Scorpius. 3. SPARTIUM ramis ſpinoſis patentibus, foliis ovatis. *h. m.* 355. *Le genêt épineux.*
Geniſta-ſpartium majus ſpinoſum, flore luteo. *mag. Bot.* 106. *hort.* 84.

** *Foliis ternatis.*

Complicatum. 4. SPARTIUM foliis ternatis, foliolis involutis, caulibus inermibus glabris, leguminibus ſcabris. *h. m.* 355.
Cytiſus foliis incanis anguſtis quaſi complicatis. *mag. Bot.* 84. *hort.* 67.

Scoparium. 5. SPARTIUM foliis ternatis ſimplicibuſque, ramis inermibus angulatis. *h. m.* 356. *Le genêt à balais.*
Cytiſus ſcoparius vulgaris. *mag. hort.* 67.
* PHARM. *Geniſtæ vulgaris* folia, rami, ſummitates, cineres. Vis diuretica hydragoga, antihydropica, aperiens. Datur *herba* aquæ aut vino decocta, *ſemina* ad drach. 1 ſſ. *cineres* in vino albo infundantur.

Spinoſum. 6. SPARTIUM foliis ternatis, ramis angulatis ſpinoſis. *h. m.* 356.
Acacia trifolia. *mag. Bot.* 1.
Cytiſus ſpinoſus. *mag. hort.* 67.

GENISTA.

Cal. 2-labiatus: $\frac{2}{3}$. *vexillum* oblongum à piſtillo ſtaminibuſque deorſum reflexum.

Caul. incerta. *fol.* ſimplex integerrima. *inflor.* & *fulc.* incerta.

* *Inermes.*

Candicans. 1. GENISTA foliis ternatis ſubtus villoſis, pedunculis lateralibus ſubquinquefloris foliatis, leguminibus hirſutis. *Linn. amœn. Acad.* 4. 284. *ſp. plant. edit.* 2a. 997.

Cytiſus, *monſpeſſulanus*, floribus lateralibus, foliis hirſutis, caule ſtriato. *h. m.* 375.

2. GENISTA ramis ancipitibus articulatis, foliis ovato-lanceolatis. *h. m.* 356. *Sagittalis.*
Geniſtella herbacea, ſive chamæſpartium. *mag. hort.* 84.

3. GENISTA foliis lanceolatis, ramis ſtriatis teretibus erectis. *h. m.* 357. *Le genêt.* *Tinctoria.*
Geniſta tinctoria germanica. *mag. Bot.* 106. *hort.* 85.
* PHARM. *Geniſtæ tinctoriæ.* Vis ſpartii primi & quinti.

4. GENISTA foliis lanceolatis obtuſis, caule tuberculato-decumbente. *h. m.* 357. *Piloſa.*
Geniſta piloſa. *mag. Bot.* 106.
Geniſta ramoſa foliis hyperici. *mag. hort.* 84.

** *Spinæ laterales.*

5. GENISTA ſpinis decompoſitis, ramis floriferis inermibus, foliis linearibus piloſis. *h. m.* 357. *Hiſpanica.*
Geniſtella ſpinoſa monſpeliaca. *mag. Bot.* 106.
Geniſta-ſpartium montis ventoſi. *mag. hort.* 85.

6. GENISTA ſpinis compoſitis, ramis floriferis inermibus, foliis lanceolatis. *h. m.* 357. *Germanica.*
Geniſta ſpinoſa minor germanica. *mag. hort.* 84.

7. GENISTA ſpinis ſimplicibus, ramis ſtoloniferis inermibus, foliis lanceolatis. *Linn. ſiſt. nat.* 1157. *Anglica.*
Geniſta-ſpartium minus anglicum. *Tour.* 645.
HABITAT *à l'Eſperou, à Banahu.*

8. GENISTA ſpinis terminalibus, ramis teretibus ſtriatis, foliis lanceolatis ſimplicibus pubeſcentibus. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 999. *Purgans.*
Geniſta, ſeu ſpartium purgans. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 404. *Tour.* 644.
HABITAT *à l'Eſperou.* Rami conferti. Folia lanceolata obtuſa, ſeu obverſè ovata.

ONONIS.

Cal. 5-partitus: laciniis linearibus. *vexillum* ſtriatum. *legum.* turgidum ſeſſile.

Caul. inflor. fol. incerta. *fulcr.* ſtipulæ geminæ adnatæ vaginanti-amplexicaules.

* *Floribus ſeſſilibus.*

Spinoſa. 1. ONONIS floribus racemoſis ſolitariis, foliis ternatis, ramis ſpiniformibus. *h. m.* 558. *L'arrête-bœuf.*

Ononis ſpinoſa flore purpureo. *mag. Bot.* 20. *hort.* 16.

* PHARM. *Ononidis radix*, hujus cortex, aqua. Vis diuretica! incidens, deobſtruens, emmenagoga, antiſarcocelica, ſeu potiùs antihydrocelica, abſtergens, antiſcorbutica. *Radix* vel *cortex* illius, in ſubſtantia ad drach. 1. in decocto ad drach. ſſ.

Arvenſis. 2. ONONIS floribus racemoſis geminatis, foliis ternatis, ramis inermibus. *h. m.* 359.

Minutiſſima. 3. ONONIS floribus ſeſſilibus lateralibus, foliis omnibus ternatis petiolatis, ſtipulis calycibuſque ſetaceis. *h. m.* 359.

Ononis puſilla glabra fruticans trifoliis affinis. *mag. Bot.* 22. *hort.* 18.

** *Floribus pedunculatis.*

Natrix. 4. ONONIS pedunculis unifloris filo terminatis, foliis ternatis. *h. m.* 359.

Ononis viſcoſa ſpinis carens lutea major. *mag. Bot.* 20. *hort.* 18.

Viſcoſa. 5. ONONIS pedunculis unifloris filo terminatis, foliis ſimplicibus ternatiſque. *h. m.* 360.

Ononis ſpinis carens viſcoſa latifolia lutea annua. *mag. Bot.* 21. *hort.* 18.

Cherleri. 6. ONONIS pedunculis unifloris filo terminatis, foliis ternatis, ſtipulis dentatis. *h. m.* 360.

Ononis minima hirſuta Cherleri. *mag. Bot.* 20.

ANTHYLLIS.

Cal. ventricosus. *legum.* subrotundum tectum.
Herba. fol. inflor. fulcr. incerta.

1. ANTHYLLIS foliis quaterno-pinnatis, floribus lateralibus. *h. m.* 361. *Tetraphylla.*
Lotus pentaphyllos vesicaria. *mag. Bot.* 166.
Loto affinis vel lotus pentaphyllos vesicaria. *mag. hort.* 123.

2. ANTHYLLIS foliis pinnatis: impari majore, capitulis duplicatis. *h. m.* 361. *La vulnéraire des paysans.* *Vulneraria.*
Loto affinis vulneraria pratensis. *mag. Bot.* 166. *hort.* 123.
HABITAT copiosè circa Nemausum; *au Capouladou; à Montferrier.*
* PHARM. *Vulnerariæ herba.* Vis vulneraria. Inusitata.

3. ANTHYLLIS foliis pinnatis æqualibus, capitulo terminali. *h. m.* 361. *Montana.*
Astragalus villosus floribus globosis. *mag. Bot.* 34.
Barba Jovis pumila villoso flore globoso purpureo. *mag. hort.* 31.

LUPINUS.

Cal. 2-labiatus. *antheræ* alternæ 5 oblongæ, 5 subrotundæ. *legum.* coriaceum.
Herba. fol. digitata. *inflor.* subverticillata.

1. LUPINUS calycibus semiverticillatis appendiculatis, labio superiore bifido, inferiore subtridentato. *h. m.* 362. *Le lupin.* *Varius.*
Lupinus sylvestris purpureo flore, semine rotundo vario. *mag. Bot.* 167. *hort.* 124.
β. Lupinus sylvestris purpureo flore, semine rotundo vario minore. *mag. Bot.* 301. *hort.* 124.

Hirſutus. 2. LUPINUS calycibus verticillatis appendiculatis, labio ſuperiore & inferiore integris. *h. m.* 362.
Lupinus flore purpuraſcente latifolius hirſutus. *mag. Bot.* 167. *hort.* 124.
Abundat in loco dicto *la Garrigue de Perauls*, ad dexteram.

Luteus. 3. LUPINUS calycibus verticillatis appendiculatis, labio ſuperiore bipartito, inferiore tridentato. *h. m.* 362.
Lupinus luteo flore, ſemine compreſſo vario. *mag. Bot.* 167.
Lupinus ſylveſtris flore luteo. *mag. hort.* 124.

ROBINIA.

Cal. 4-dentatus: denticulo ſupremo emarginato. *vexillum* patens reflexum ſubrotundum. *legum.* 1-loculare polyſpermum.
Arbor. fol. pinnata. *fulcr.* aculei ſtipuliformes.

Pſeudoacacia 1. ROBINIA pedunculis racemoſis, foliis impari-pinnatis. *h. m.* 363.
Glycyrrhiza arbor. *mag. hort.* 89.

COLUTEA.

Cal. 2-labiatus. *legum.* inflatum ſupra baſin dehiſcens.
Frutex. inflor. axillaris racemoſa.

Arboreſcens. 1. COLUTEA foliolis obcordatis. *h. m.* 364. *Le baguenaudier.*
Colutea veſicaria. *mag. Bot.* 72. *hort.* 60.

PHASEOLUS.

Stigma pubeſcens. *carina* cum ſtaminibus ſtyloque ſpiraliter tortis.

Herba, volubilis. *fol.* ternata: foliolis lateralibus obliquè ovatis extrorsum latioribus.

1. PHASEOLUS caule volubili, floribus racemosis geminis, bracteis calyce majoribus, leguminibus pendulis. *h. m.* 364. *Le haricot.* *Vulgaris.*
Phaseolus major, sive smilax hortensis. *mag. hort.* 158.
Idem fructu pallido, fructu nigro, aut variegato. *mag. hort.* 158.

2. PHASEOLUS caule volubili, floribus racemosis geminis, bracteis calyce brevioribus, leguminibus pendulis. *h. m.* 364. *Coccineus.*
Phaseolus puniceo flore. *mag. hort.* 158.

PISUM.

Cal. laciniæ superiores 2 breviores. *stylus* triangulus suprà carinatus & villosus.

Herba, volubilis. *fol.* incerta. *fulcr.* cirrhus ad apicem foliorum.

1. PISUM stipulis infernè rotundatis crenatis, petiolis teretibus, pedunculis multifloris. *h. m.* 366. *Le pois.* *Sativum.*
Pisum umbellatum. *mag. hort.* 160.
β. Pisum majus quadratum. *mag. hort.* 160.

2. PISUM petiolis decurrentibus membranaceis diphyllis, pedunculis unifloris. *h. m.* 366. *Ochrus.*
Ochrus folio integro capreolos emittente. *mag. Bot.* 188. *hort.* 145.

OROBUS.

Cal. basi obtusus: laciniis superioribus profundioribus, brevioribus. *stylus* linearis suprà villosus.

Herba. fol. abruptè-pinnata nuda.

Vernus. 1. OROBUS foliis pinnatis ovatis, ſtipulis ſemiſagittatis integerrimis, caule ſimplici. *h. m.* 366. *L'orobe.*
Orobus ſylvaticus purpureus vernus. *mag. hort.* 151.

Tuberoſus. 2. OROBUS foliis pinnatis lanceolatis, ſtipulis ſemiſagittatis integerrimis, caule ſimplici. *h. m.* 366.
Orobus ſylveſtris anguſtifolius aſphodeli radice. *mag. Bot.* 303. *hort.* 151.

Niger. 3. OROBUS caule ramoſo, foliis ſexjugis ovato-oblongis, ſtipulis ſubulatis. *h. m.* 366.
Orobus ſylvaticus foliis viciæ. *mag. Bot.* 196. *hort.* 151.

Pyrenaïcus. 4. OROBUS caule ramoſo, foliis bijugis, trijugis, quadrijugiſve lanceolatis nervoſis, ſtipulis ſubſpinoſis. *h. m.* 366.
OBS. Stipulæ magnæ; foliola in petiolum planum decurrentia.

LATHYRUS.

Cal. laciniæ ſuperiores 2 breviores. *ſtylus* planus, ſupernè latior, ſuprà villoſus. *Herba*, ſcandens, triquetra. *fol.* unijuga. *fulc.* cirrhus ad apicem petioli communis.

* *Pedunculis uniſloris.*

Niſſolia. 1. LATHYRUS pedunculis unifloris, foliis ſimplicibus, ſtipulis ſubulatis. *h. m.* 367.
Lathyrus ſylveſtris minor. *mag. Bot.* 150.
Lathyrus anguſtifolius erectus folio ſingulari ſine capreolis. *mag. hort.* 113. *icon.* 112.

Aphaca. 2. LATHYRUS pedunculis unifloris, cirrhis aphyllis, ſtipulis ſagittato-cordatis. *h. m.* 367.
Vicia lutea foliis convolvuli minoris. *mag. Bot.* 278.
Aphaca lobelii. *mag. hort.* 19.

Amphicarpos 3. LATHYRUS pedunculis unifloris calyce longioribus, cirrhis diphyllis ſimpliciſſimis. *h. m.* 368.

Viciæ ſimilis ſupra infraque terram fructus gerens. *mag. Bot.* 276. *hort.* 204.

4. LATHYRUS pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, leguminibus ovatis compreſſis dorſo canaliculatis. *h. m.* 368. *Cicera.*

Lathyrus ſativus flore purpureo. *mag. Bot.* 150. *hort.* 112.

5. LATHYRUS pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, leguminibus ovatis compreſſis, dorſo 2-marginatis. 368. *La geſſe.* *Sativus.*

Lathyrus ſylveſtris flore fructuque albo. *mag. Bot.* 150. *hort.* 119.

6. LATHYRUS pedunculis unifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ſetaceo-linearibus. *h. m.* 368. ſeminibus ſubſphæricis. *Setifolius.*

Lathyrus folio tenuiore, floribus rubris. *mag. Bot.* 151. *hort.* 113.

Obs. *Caulis* debilis ſubſimplex; *ſtipulæ* lineares appendiculatæ; *pedunculi* ſtipulis triplo longiores.

7. LATHYRUS pedunculis unifloris cirrho terminatis, cirrhis diphyllis, foliolis linearibus. *h. m.* 369, ſeminibus angulatis. *Angulatus.*

Lathyrus anguſtifolius humilior. *mag. Bot.* 150. *hort.* 112.

Obs. *Caulis* erectus ramoſus. *Petioli* ſtipulis æquales. *Stipulæ* lanceolatæ.

** *Pedunculis bifloris.*

8. LATHYRUS pedunculis bifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lineari-lanceolatis, leguminibus hirſutis, ſeminibus ſcabris. *h. m.* 369. *Hirſutus.*

Lathyrus anguſtifolius ſiliquâ hirſutâ. *mag. hort.* 112.

9. LATHYRUS pedunculis bifloris, cirrhis diphyllis, foliolis enſiformibus, leguminibus glabris, ſtipulis bipartitis. *h. m.* 369. *Annuus.*

Lathyrus hiſpanicus flore luteo. *Tour. inſt.* 395.

Lathyrus luteus latifolius. *mag. Bot.* 150. *hort.* 112.

Habitat ad mare, præſertim *à Maguelone*; & in locis à Magnolio citatis non vidi.

*** *Pedunculis multifloris.*

Tuberosus. 10. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis ovalibus, internodiis nudis. *h. m.* 369.

Lathyrus arvensis repens tuberosus. *mag. Bot.* 151. *hort.* 113.

Pratensis. 11. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis, cirrhis simplicissimis. *h. m.* 369.

Lathyrus sylvestris luteus dumetorum. *mag. Bot.* 151. *hort.* 113.

Latifolius. 12. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, foliolis lanceolatis, petiolis membranaceis. *h. m.* 370.

Lathyrus latifolius. *mag. Bot.* 151. *hort.* 112.

Heterophyllus. 13. LATHYRUS pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis, 4-phyllisque, foliolis lanceolatis, internodiis membranaceis. *h. m.* 370.

Lathyrus major narbonensis angustifolius. *mag. Bot.* 151. *hort.* 112.

VICIA.

Stylus sub stigmate barbatus. *glandula* inter stamina 9 coalita & germen. *Herba*, angulata scandens. *fol.* conjugata. *fulcr.* cirrhus ad apicem petioli communis.

NOTA. Hinc patet affinitas inter genera lathyri, viciæ, & ervi.

* *Floribus racemosis.*

Dumetorum. 1. VICIA pedunculis multifloris, foliolis reflexis mucronatis ovatis, stipulis subdentatis. *h. m.* 370.

Vicia sepium perennis. *mag. Bot.* 307. *hort.* 204.

Sylvatica. 2. VICIA pedunculis multifloris, foliolis ovalibus, stipulis denticulatis. *h. m.* 371.

3. VICIA pedunculis multifloris, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis pubescentibus, stipulis integris. *h. m.* 371. *Cracca.*

Vicia perennis dumetorum multiflora. *mag. Bot.* 277. *hort.* 204.

4. VICIA pedunculis multifloris, floribus imbricatis secundis, caule hirsuto, stipulis denticulatis.... *Gerard. gallop. icon. pag.* 496. *Incana.*

Vicia perennis incana multiflora. *mag. Bot.* 277. *hort.* 204. *Tour.* 397.

HABITAT in pratis prope stagna, *à Perauls*, *Lattes*, *& à Cete*. *Caulis* perennis, pilis argenteis tectus. *Racemi* axillares foliis duplo breviores. *Petioli* planiusculi, sulcati, foliolis utrinque 10-14 ovalibus hirsutie albicantibus. *Stipulæ* semisagittatæ basi denticulis tribus æqualibus.

5. VICIA pedunculis multifloris, floribus distantibus, foliolis linearibus, stipulis infernè denticulatis. *h. m.* 371. *Onobrychioïdes.*

Vicia sive cracca foliis & siliquis longioribus. *mag. Bot.* 277.

Viciæ parvum genus folio longo. *mag. hort.* 205.

6. VICIA pedunculis multifloris, petiolis sulcatis subdodecaphyllis, foliolis lanceolatis glabris. *h. m.* 371. *Biennis.*

Vicia perennis multiflora majori flore cæruleo & albo. *mag. Bot.* 307. *hort.* 204.

** *Floribus axillaribus subsessilibus.*

7. VICIA leguminibus sessilibus subbinatis erectis, foliolis retusis, stipulis maculâ notatis. *h. m.* 371. *La vesse.* *Sativa.*

Vicia sativa vulgaris. *mag. Bot.* 276. *hort.* 204.

β. Vicia sylvestris vulgaris semine parvo & nigro frugum. *mag. Bot.* 276. *hort.* 206. *Tour. inst.* 397.

8. VICIA leguminibus solitariis sessilibus erectis glabris, foliolis senis, inferioribus obcordatis. *h. m.* 371. *Lathyroïdes.*

Vicia, sive craccæ minimum genus cum siliquis glabris. *mag. Bot.* 277. *hort.* 205.

Lutea. 9. VICIA leguminibus ſeſſilibus reflexis piloſis ſolitariis pentaſpermis, corollæ vexillis glabris. *h. m.* 372.

Vicia luteo flore ſylveſtris. *mag. Bot.* 276. *hort.* 204.

Hybrida. 10. VICIA leguminibus ſeſſilibus reflexis piloſis pentaſpermis, corollæ vexillis villoſis. *h. m.* 372.

Peregrina. 11. VICIA leguminibus ſeſſilibus pendulis glabris tetraſpermis, foliolis linearibus emarginatis. *h. m.* 372.

Vicia anguſtifolia purpuro-violacea, ſiliquâ latâ glabrâ. *mag. Bot.* 276. *hort.* 204.

Sepium. 12. VICIA leguminibus pedicellatis ſubquaternis erectis, foliolis ovatis integerrimis, exterioribus decreſcentibus. *h. m.* 372.

Narbonenſis. 13. VICIA leguminibus ſubſeſſilibus ſolitariis erectis villoſis, foliis ſenis ſubovatis, ſtipulis denticulatis. *h. m.* 373.

Faba ſylveſtris fructu rotundo atro. *mag. Bot.* 96.

Faba. 14. VICIA caule erecto, petiolis cirrho deſtitutis. *h. m.* 373. *La feve.*

Faba major recentiorum. *mag. hort.* 76.

* PHARM. *Fabæ* ſemina, farina, ſtipites combuſti. Vis nutriens, flatulenta, reſolvens, maturans, tumoribus glandularum, ſcroti, mammarum adverſa. *Cineres* geniſtæ cineribus ſuccedanei.

CICER.

Cal. 5-partitus: laciniis 4-ſuperioribus vexillo incumbentibus. *legum.* 1-loculare, rhombeum, 2-ſpermum, turgidum.

Herba, erecta. *fol.* impari-pinnata. *fulc.* filum terminans pedunculos.

Arietinum. 1. CICER foliolis ſerratis ovatis, baſi integerrimis, ſtipulis dentatis. *h. m.* 373. *Le pois chiche.*

Cicer ſativum. *mag. Bot.* 65. *hort.* 55.

β. Cicer arietinum fructu nigro. *mag. hort.* 55.

ERVUM.

Cal. 5-partitus æqualis. *legum.* 1-loculare teretiuſculum, nodoſum.

Herba, angulata, ſcandens. *fol.* conjugata. *fulc.* cirrhus terminans petiolos.

Obs. Manifeſtè differt à viciis, proportione & numero floſculorum qui minimi pauciſſimique, 2-4 in eodem pedunculo.

1. ERVUM germinibus compreſſis convexis orbiculatis. *h. m.* 374. *La lentille.* — *Lens.*
   Lens vulgaris. *mag. Bot.* 152.
   Lens major. *mag. hort.* 114. & minor. *ibid.*
2. ERVUM pedunculis ſubbifloris, ſeminibus globoſis quaternis. *h. m.* 374. — *Tetraſpermum.*
   Vicia multifolia cum latis ſiliquis. *mag. Bot.* 152. *hort.* 114.
3. ERVUM pedunculis multifloris, ſeminibus globoſis nudis. *h. m.* 374. — *Hirſutum.*
   Vicia ſegetum cum ſiliquis plurimis hirſutis. *mag. Bot.* 277. *hort.* 114.
4. ERVUM germinibus undato-plicatis. *h. m.* 374. *Les ers.* — *Ervilia.*
   Orobus receptus herbariorum. *mag. Bot.* 196.
   Ervum multis, ſive orobus. *mag. hort.* 75.
   * Pharm. *Ervi* ſemina, orobi farina. Vis reſolvens, maturans.
5. ERVUM pedunculis ſubbifloris cirrhoſis, petiolis acuminatis, foliolis obtuſis. *h. m.* 374. — *Soloniense.*
   Vicia minima præcox Pariſienſium. *Tour. inſt.* 397.

CYTISUS.

Cal. 2-labiatus $\frac{2}{3}$. *legum.* baſi attenuatum, pedicellatum 1-loculare polyſpermum.

Fruticulus. fol. ternata: foliolis æqualibus.

Nigricans. 1. CYTISUS racemis ſimplicibus erectis, foliolis ovato-oblongis. *h. m.* 375.

Seſſilifolius. 2. CYTISUS racemis erectis, calycibus bracteâ triplici auctis, foliis floralibus ſeſſilibus. *h. m.* 375.
Cytiſus glaber ſiliquâ latâ. *mag. Bot.* 84. *hort.* 67.

Supinus. 3. CYTISUS floribus capitatis, ramis decumbentibus. *h. m.* 375.
Cytiſus foliis ſubrufâ lanugine hirſutis. *mag. hort.* 67.

Argenteus. 4. CYTISUS floribus pedunculatis ſubſeſſilibuſque, foliis tomentoſis conduplicatis, caule fruticoſo. *h. m.* 376.
Trifolium argenteum floribus luteis. *mag. Bot.* 267.
Cytiſus humilis anguſtifolius argenteus. *mag. hort.* 67.

GLYCYRRHIZA.

Cal. 2-labiatus $\frac{3}{1}$. *legum.* ovatum compreſſum, ſub 1-ſpermum.

Suffrutex, glutinoſus. *rad.* horizontalis ſtolonifera. *fol.* pinnata impari petiolato.

Glabra. 1. GLYCYRRHIZA leguminibus glabris. *h. m.* 377. *La régliſſe.*
Glycyrrhiza glabra & germanica, radice repente. *mag. Bot.* 110.
Glycyrrhiza ſiliquoſa vel germanica. *mag. hort.* 89.
* PHARM. *Liquiritiæ* radix, trochiſci. Vis edulcorans, bechica, antinephritica, antidyſſurica, rheumatiſmo, tuſſi adverſa.

CORONILLA.

Cal. 2-labiatus $\frac{2}{3}$. ſuperioribus denticulis connatis. *vexillum* vix alis longius. *legum.* iſthmis interceptum articulatum rectum.

Frutex.

Frutex. inflor. capitata : capitulis depreſſo-dimidiatis axillaribus.

1. CORONILLA pedunculis ſubtrifloris, corollarum unguibus calyce duplo longioribus, caule angulato. *h. m.* 377. *Emerus.*
Colutea ſiliquoſa, vel ſcorpioïdes major. *mag. Bot.* 76. *hort.* 60.

2. CORONILLA foliolis quinatis ternatiſque lineari-lanceolatis ſubcarnoſis obtuſis. *h. m.* 377. *Juncea.*
Colutea caule geniſtæ fungoſo. *mag. Bot.* 72. *hort.* 60.

3. CORONILLA foliolis ſubnovenis, ſtipulis ſuborbiculatis. *h. m.* 377. *Valentina.*
Polygala valentina. *mag. Bot.* 303.
Colutea minima, ſive coronilla. *mag. hort.* 60.

4. CORONILLA foliolis ſuborbiculatis, ſtipulis ovatis, pedunculis complanatis. *h. m.* 378. *Glauca.*
Coronilla ſcorpioïdes coronata. *mag. Bot.* 72. *hort.* 60.
Coronilla ſcorpioïdes maritima glauco folio. *mag. hort.* 60.

5. CORONILLA procumbens, foliis lanceolatis novenis, ſtipulâ oppoſitifoliâ emarginatâ. *h. m.* 378. *Minima.*
Ferrum equinum gallicum. *mag. Bot.* 97.

6. CORONILLA herbacea, leguminibus erectis teretibus toroſis numeroſis, foliolis plurimis glabris. *h. m.* 378. *Varia.*
Securidaca dumetorum major, flore vario, ſiliquis articulatis. *mag. Bot.* 235.
Colutea dumetorum flore vario, ſiliquis articulatis. *mag. hort.* 60.

7. CORONILLA herbacea leguminibus falcato-gladiatis, foliolis plurimis. *h. m.* 378. *Securidaca.*
Securidaca lutea major. *mag. Bot.* 399. *hort.* 182.

Obs. Ultimæ duæ ſpecies, licèt herbaceæ, perennant & ſempervirent.

ORNITHOPUS.

Legum. articulatum teres arcuatum.
Herba. inflor. axillaris : pedunculis digitato-ſubquinquefloris.

Perpuſillus. 1. ORNITHOPUS foliis pinnatis, leguminibus ſubarcuatis. *h. m.* 379.
Ornithopodium radice tuberculis nodosâ. *mag. hort.* 150.

Compreſſus. 2. ORNITHOPUS foliis pinnatis, leguminibus compreſſis rugoſis, pedunculis folio terminatis. *h. m.* 379. *Le pied d'oiſeau.*
Ornithopodio affinis hirſuta ſcorpioïdes. *mag. Bot.* 194. *hort.* 150.

Scorpioïdes. 3. ORNITHOPUS foliis inferioribus ſimplicibus, ſummis ternatis impari maximo, ſtipulâ oppoſitifoliâ emarginatâ. *h. m.* 379.
Scorpioïdes an cratevæ telephium. *mag. Bot.* 232.
Scorpioïdi affinis portulacæ folio. *mag. hort.* 181.

HIPPOCREPIS.

Legum. ſubarticulatum, curvum, compreſſum : alterâ ſuturâ pluries emarginatum.
Herba. fol. impari-pinnata : petiolis baſi aphyllis.

Uniſiliquoſa. 1. HIPPOCREPIS leguminibus ſolitariis ſubſeſſilibus. *h. m.* 380.
Ferrum equinum ſiliquâ ſingulari. *mag. Bot.* 96. *hort.* 77.

Multiſiliquoſa. 2. HIPPOCREPIS leguminibus pedunculatis confertis, margine interiore ſinuatis. *h. m.* 380.
Ferrum equinum ſiliquâ multiplici. *mag. Bot.* 96. *hort.* 77.

Comoſa. 3. HIPPOCREPIS leguminibus pedunculatis confertis, margine exteriore repandis. *h. m.* 380.

Ferrum equinum germanicum ſiliquis in ſummitate. *mag. Bot.* 96. *hort.* 77.

Obs. Hippocrepis 2 & 3 quandoque perennant, & fiunt ſuffruticuloſæ.

SCORPIURUS.

Legum. ſubarticulatum, iſthmis interceptum, revolutum, teres.

Herba. fol. ſimpliciſſima integerrima attenuato-petiolata.

1. SCORPIURUS pedunculis unifloris, leguminibus tectis undique ſquamis obtuſis. *h. m.* 381. *Vermiculata.*

Scorpioïdes ſiliquâ craſsâ Boëlii. *mag. hort.* 181.

2. SCORPIURUS pedunculis ſubquadrifloris, leguminibus extrorſum ſpinis confertis acutis. *h. m.* 381. *Subvilloſa.*

Scorpioïdes repens buplevri folio. *mag. Bot.* 233. *hort.* 181.

3. SCORPIURUS pedunculis ſubtrifloris, leguminibus extrorſum ſpinis diſtinctis acutis. *h. m.* 381. *Sulcata.*

HEDYSARUM.

Cor. carina tranſversè obtuſa (ſeu ſubtriangularis) *legum.* ſubrotundum, 1-ſpermum compreſſum.

Herba. fol. pinnata. *fulcr.* ſpinulæ ſupra legumen.

1. HEDYSARUM foliis pinnatis, leguminibus monoſpermis aculeatis corollarum alis calyce brevioribus. *h. m.* 382. *Le ſainfoin.* *Onobrychis.*

Onobrychis folio viciæ, fructu echinato, major. *mag. Bot.* 191. *hort.* 147.

* Pharm. Onobrychis folia, ſudorifica, theam odore referentia, ideo ſuccedanea.

2. HEDYSARUM foliis pinnatis, pedunculis ſubtrifloris, floribus alternis ſeſſilibus ſubſpicatis. *h. m.* 382. *Caput galli.*

Onobrychis fructu echinato minor. *mag. Bot.* 191. *hort.* 147.

Humile. 3. HEDYSARUM foliis pinnatis, leguminibus articulatis asperis, corollæ alis obsoletis, spicis hirsutis, caulibus depressis. *h. m.* 383.

Onobrychis semine clypeato aspero, minor. *mag. Bot.* 191. *hort.* 147.

ASTRAGALUS.

Legum. 2-loculare, gibbum, rotundatum. *Herba. inflor.* & *fol.* ut in priori. *fulc.* stipulæ adnatæ.

* *Caulibus foliosis.*

Glycyphillos. 1. ASTRAGALUS caulescens, prostratus, leguminibus subtriquetris arcuatis, foliolis ovalibus pedunculo longioribus. *h. m.* 384.

Astragalus luteus perennis procumbens vulgaris. *mag. hort.* 27.

Hamosus. 2. ASTRAGALUS caulescens procumbens, leguminibus subulatis glabris recurvatis. *h. m.* 384.

Securidaca lutea minor corniculis recurvis. *mag. Bot.* 235.

Astragalus luteus annuus monspeliacus procumbens. *mag. hort.* 26.

Sesameus. 3. ASTRAGALUS caulescens, diffusus, capitulis lateralibus sessilibus pedunculatisque, erectis, subulatis, acumine reflexis. *h. m.* 385.

Ornithopodio affinis stellâ leguminosâ, siliquis cauli adhærentibus. *mag. Bot.* 194. *hort.*

Astragalus annuus siliquis in stellæ modum dispositis. *mag. hort.* 26.

β. Ornithopodio affinis hirsutâ stellâ leguminosâ, siliquis pediculo insidentibus. *mag. Bot.* 194.

** *Scapo nudo, absque caule folioso.*

Monspessulanus. 4. ASTRAGALUS acaulis, scapis declinatis longitudine foliorum, leguminibus subulatis teretibus subarcuatis glabris. *h. m.* 385.

Aſtragalus monſpeſſulanus. *mag. Bot.* 33. *hort.* 26. & flore albo. *ibid.*

5. ASTRAGALUS acaulos, ſcapis declinatis longitudine foliorum, foliis tomentoſis, leguminibus ſubulatis ſubarcuatis incanis. *h. m.* 385. *Incanus.*

Aſtragalus incanus ſiliquâ incurvâ. *mag. Bot.* 33. *icon.* 32. *hort.* 26.

6. ASTRAGALUS ſubacaulos, ſcapis folio longioribus, floribus laxè ſpicatis erectis. *h. m.* 385. *Montanus.*

BISSERRULA.

Legum. 2-loculare, lineare, planum, utrinque dentatum, diſſepimento contrario.

Herba. fol. impari-pinnata. *inflor.* capitulis dimidiatis.

1. BISSERRULA. *h. m.* 386. *Pelecinus.*

PSORALEA.

Cal. punctis calloſis adſperſus. *legum.* ovato-ſubulatum, punctis calloſis adſperſum, monoſpermum.

Herba. fol. ternata. *fulcr.* bracteæ involucrantes, trifidæ.

1. PSORALEA foliis omnibus ternatis, pedunculis ſpicatis folio longioribus. *h. m.* 387. *Le treſle bitumineux.* *Bituminoſa.*

Trifolium aſphaltes, ſive bitumen redolens. *mag. Bot.* 260. *hort.* 168.

* PHARM. *Trifolii bituminoſi* ſuccus, ſemina. Vis ſucci intus anticarcinomatoſa *ex Fabr. ab aquapendente.* Oleum expreſſum extus antiparalyticum, *ex Sylvio Deleboë.*

TRIFOLIUM.

Legum. vix calyce longius, non dehiscens, deciduum, 1-ſ-2-ſpermum.
Herba. fol. ternata. *fulc.* ſtipulæ adnatæ vaginantes.

* Melilota, *leguminibus nudis polyſpermis, foliolo impari petiolato.*

Melilotus officinalis. 1. TRIFOLIUM leguminibus racemoſis nudis diſpermis caule erecto. *h. m.* 388. *Le mélilot.*
Melilotus officinarum luteo flore. *mag. Bot.* 175.
Melilotus officinarum Germaniæ. *mag. hort.* 132.

Altiſſimum. β. Melilotus major candida. *mag. Bot.* 175. *hort.* 133.
* PHARM. *Meliloti (albæ, luteæ)* flores, herba. Vis extus reſolvens, emolliens, anodina.

Melilotus italica. 2. TRIFOLIUM leguminibus racemoſis nudis diſpermis rugoſis obtuſis, caule erecto, foliolis integris. *h. m.* 388.
12. GERANIUM pedunculis axillaribus unifloris, foliis oppositis quinquepartitis trifidis orbiculatis. *h. m.* 343. *Sanguineum.*

Geranium sanguineum, sive hæmatodes radice crassâ. *mag. Bot.* 107. *hort.* 86.

* PHARM. *Sanguinariæ* herba. Vis adstringens, vulneraria, antidiarrhoïca, ischæma †.

13. GERANIUM pedunculis bifloris, foliis subpeltatis quinquelobis inciso-serratis, caule erecto, pelatis emarginatis. *Linn. sp. pl. edit.* 2ª. 954. *Sylvaticum.*

Geranium batrachioïdes folio aconiti. *Tour.* 266.

HABITAT in sylvis *à l'Esperou*, *Meyrueis.*

POLYADELPHIA ICOSANDRIA.

CITRUS.

Cal. 5-dentatus. *stam.* 20 in cylindrum passim connata. *pist.* 1. *bacc.* 9-locularis, pulpâ vesiculari.

Arbor, sempervirens. *fol. inflor.* & *fruct.* punctato-glandulosæ.

1. CITRUS petiolis linearibus nudis. *h. m.* 401. *Le limonier citronier.* *Medica.*

Malus citria fructu magno. *mag. hort.* 129. & mediocri. *ibid.*

β. Malus limonia acida. *mag. hort.* 129. & minor. *ibid.*

γ. Malus limonia dulcis. *mag. hort.* 130.

* PHARM. *Citri, limoniorum* fructus, flavedo pulpæ, succus, syrupus, succi & flavedinis oleum essentiale. Vis *flavedinis* cardiaca, stomachica, *pulpæ* refrigerans, diuretica, antiscorbutica †, antiemetica, antiraucedinosa.

Aurantium. 2. CITRUS petiolis alatis. *h. m.* 401. *L'oranger, le chinois.*

Malus aurantia major. *mag. hort.* 130. & sylvestris. *ibid.*

β. Malus aurantia humilis. *mag. hort.* 130. *Le chinois.*

* PHARM. *Mali aurantiæ* folia, aurantiorum cortex, pulpa, syrupus, naphæ seu flores, aqua. Vis *foliorum* antiepileptica † antispasmodica; *pulpæ* citro analoga; *corticis* roborans, analeptica, anthelmintica; *corticis* aurantiorum acidorum *immaturi* antimenorrhagica †; aquæ naphæ, analeptica, antihysterica, stomachica.

HYPERICUM.

Cal. 5-partitus. *filam.* plura in 5 phalanges. *caps.* totidem ac *styli.*

Herba, & frutex. *fol.* opposita sessilis. *inflor.* corymbosa.

* *Trigyna.*

Androsæmum. 1. HYPERICUM floribus trigynis, fructu baccato, caule fruticoso ancipiti. *h. m.* 402. *La toutesaine.*

Hyandrosæmum maximum frutescens. *mag. Bot.* 19.

Hypericum androsæmum dictum. *mag. hort.* 101.

Quadrangulum. 2. HYPERICUM floribus trigynis, caule herbaceo quadrato. *h. m.* 403.

Ascyron. *mag. Bot.* 30.

Perforatum. 3. HYPERICUM floribus trigynis, caule ancipiti,

foliis obtusis pellucido - punctatis. *Le millepertuis. h. m.* 402.

Hypericum vulgare. *mag. Bot.* 135. *hort.* 101.

* PHARM. *Hyperici* herba, succus, summitates floridæ, oleum, semina. Vis vulneraria †, resolvens, antihæmaturica, antihæmoptoïca, anthelmintica †: *summitates floridæ* in infuso aut decocto ad man. 1.. *succus* ab unc. ſſ, ad unc. 1.. *folia*, *semina* in substantia ad drach. 1.

4. HYPERICUM floribus trigynis: calycibus serrato-glandulosis, caule erecto, foliis ovalibus. *h. m.* 402. *Hirsutum.*

Androsæmum glabrum non ramosum. *mag. Bot.* 20.

Hypericum elegantissimum folio lato non ramosum. *mag. hort.* 101.

5. HYPERICUM floribus trigynis, calycibus serrato-glandulosis, foliis subovatis tomentosis. *h. m.* 402. *Tomentosum.*

Hypericum supinum tomentosum minus & monspeliacum. *mag. Bot.* 135. *hort.* 101.

6. HYPERICUM floribus trigynis, calycibus serrato-glandulosis, foliis cordatis glabris. *h. m.* 403. *Pulchrum.*

Hypericum minus erectum. *mag. hort.* 101.

7. HYPERICUM floribus trigynis, caulibus ancipitibus prostratis. *Linn. sp. pl.* 785. *Humifusum.*

Hypericum minus supinum, seu supinum glabrum. *Tour. inst.* 255.

HABITAT in herbidis *à l'Esperou.*

SYNGENESIA

MONOGAMIA.

JASIONE.

Cal. communis 10-phyllus. *caps.* 2-locularis.

Herba. fol. alterna integerrima. *inflor.* longè pedunculata capitata.

Montana. 1. JASIONE. *h. m.* 466.
Rapunculus ſcabioſæ capitulo cæruleo. *mag. Bot.* 220. *hort.* 172.

GYNANDRIA

PENTANDRIA.

PASSIFLORA.

Cal. 5-phyllus. *ſtyli.* 3. *nectar.* coronâ triplici. *bacc.* pedicellata, ſucco ſuaviſſimo turgida.

Fruticulus, ſarmentoſus ſempervirens. *fol.* alterna palmata. *inflor.* axillaris. *fulcr.* cirrhus ſpiralis lateriflorus.

Obs. Antheræ incumbentes horizontaliter rotatiles.

Cærulea. 1. PASSIFLORA foliis palmatis integerrimis. *h. m.* 476. *La grenadille.*

MONŒCIA

MONADELPHIA.

CROTON.

Maſ. cal. cylindricus 5-dentatus. *ſtam.* 10-16.

Herba. fol. alterna pulverulenta.

Tinctorium. 1. CROTON foliis rhombeis repandis, capſulis pendulis, caule herbaceo. *h. m.* 495. *Le tourneſol.*
Ricinis aliquòmodo ſimilis. *mag. hort.* 175.
Heliotropium tricoccum. *mag. Bot.* 126.
* Pharm. Lacmus ſuccus. Vis acidum indicans, antigangrænoſa.

DIŒCIA

DECANDRIA.

LYCHNIS.

Maſ. *cal. petal. caul.* Vide hujuſce claſſeos ordinem 12um; rudimentum piſtilli.
Fem. *cal. petal. caul.* maris. *ſtyli* 5.

3. LYCHNIS floribus dioïcis. *h. m.* 223. *Dioïca.*
Lychnis ſylveſtris alba ſimplex. *mag. Bot.* 168. *hort.* 125.

CUCUBALUS.

Maſ. *cal. fol.* Vide hujuſce claſſeos ordinem 11um. *petala* ſetacea integra. *inflor.* verticillato-paniculata coarctata...
Fem. *cal. fol. inflor.* maris. *ſtyli* 3. *capſ.* 3-locularis.

4. CUCUBALUS floribus dioïcis verticillatis, petalis ſetaceis indiviſis. *h. m.* 215. *Otiles.*
Lychnis viſcoſa flore muſcoſo. *mag. Bot.* 168. *hort.* 127.

POLYGAMIA

MONŒCIA.

ACER.

Hermaph. *cal.* 5-fidus. *ſtam.* 8. *piſt.* 1. *capſ.* 2-cocca alata. *maſ. cal. ſtam.* hermaphroditi.

Arbor. fol. opposita lobata petiolata. *inflor.* flosculi masculi & hermaphroditi in eodem *corymbo*; aut *racemo*.

Pseudo-platanus. 1. ACER foliis 5-lobis inæqualiter serratis, floribus racemosis. *h. m.* 518. *Le grand érable, ou faux platane.*

Acer majus. *mag. Bot.* 3.

Acer majus multis vulgò falsò platanus. *mag. hort.* 3.

Platanoïdes. 2. ACER foliis 5-lobis acuminatis acutè dentatis glabris, floribus corymbosis. *hort. m.* 518.

HABITAT in hortis circa urbem. Tenuissimis & acutissimis foliis. *mag. hort.* 3.

Campestre. 3. ACER foliis lobatis obtusis emarginatis. *h. m.* 518.

Acer campestre minus. *mag. Bot.* 3. *hort.* 3.

Monspessulanum. 4. ACER foliis trilobis integerrimis. *h. m.* 518.

Acer monspessulanum. *mag. Bot.* 3. *hort.* 3.

Classis IX^a.

PENTAPETALI IRREGULARES.

PENTANDRIA

DIGYNIA.

* UMBELLATI, *involucro gemino.*

AMMI.
HERACLEUM.
ECHINOPHORA.
TORDYLIUM.
CAUCALIS.
DAUCUS.
CONIUM.
ATHAMANTA.
ŒNANTHE.

** UMBELLATI, *involucro partiali tantùm.*

PHELLANDRIUM.
CORIANDRUM.
SCANDIX.
CHÆROPHYLLUM.
SESELI.

DECANDRIA

MONOGYNIA.

CERCIS.
ANAGYRIS.
DICTAMNUS.

POLYANDRIA

TRIGYNIA.

DELPHINIUM.
ACONITUM.

SYNGENESIA

MONOGAMIA.

VIOLA.

GYNANDRIA

DIANDRIA.

ORCHIS.
SATYRIUM.
OPHRYS.
SERAPIAS.
CYPRIPEDIUM.

PENTAPETALI IRREGULARES.

PENTANDRIA

DIGYNIA.

* Umbellati, *involucro gemino.*

AMMI.

Involucra pinnatifida, margine membranaceâ. *fructus* lævis ſubrotundus.
Herba. fol. inferior 2-pinnata: foliolis latiuſculis; ſuperior lineari-multifida.

1. AMMI foliolis inferioribus lanceolatis ſerratis, ſuperioribus linearibus multifidis. *h. m.* 137. *Majus.*
Ammi majus. *mag. Bot.* 7. *hort.* 13.

HERACLEUM.

Involucra decidua. *fructus* ellipticus emarginatus compreſſus in medio ſtriatus, marginatus.
Herba. fol. pinnata: foliolis latiuſculis pinnatifidis.

1. HERACLEUM foliolis pinnatifidis. *h. m.* 141. *La berce.* *Sphondylium*
Sphondylium vulgare hirſutum. *mag. hort.* 188.

ECHINOPHORA.

Involucr. 1-phyllum. *floſc.* plures arbotivi. *fructus* oblongi pedunculis immerſi.

Herba, rigidissima. *fol.* pinnata: foliolis carnosis, subulatis pungentibus unisulcatis.

Maritima. 1. ECHINOPHORA foliis subulato-spinosis integerrimis. *h. m.* 133.
Chritmum maritimum spinosum. *mag. Bot.* 80. *hort.* 64.

TORDYLIUM.

Involucr. simplicia-longa. *flosc.* omnes fertiles. *fructus* suborbiculatus margine crenatus.

Herba. fol. pinnata: foliolis oppositis sessilibus incisis scabris.

Officinale. 1. TORDYLIUM involucris partialibus longitudine petalorum, foliolis ovatis laciniatis. *h. m.* 134.
Seseli creticum minus. *mag. Bot.* 239.
Tordylium narbonense minus. *mag. Bot.* 167.
* PHARM. *Seseli cretici* radix, semina. Vis *radicis* incisiva, antiasthmatica, *seminum* emmenagoga, diuretica.

Maximum. 2. TORDYLIUM umbellâ confertâ radiatâ, foliolis lanceolatis inciso-serratis. *h. m.* 134.
Seseli creticum majus. *mag. Bot.* 167.

Anthriscus. 3. TORDYLIUM umbellâ confertâ, foliolis ovato-lanceolatis pinnatifidis, laciniis obtusiusculis. 134.
Caucalis semine aspero, flosculis rubentibus. *mag. Bot.* 56. *hort.* 49.

Latifolium. 4. TORDYLIUM umbellâ confertâ nudiusculâ, foliis pinnatis, foliolis lanceolatis inciso-serratis. *h. m.* 134.
Caucalis arvensis echinata latifolia. *mag. Bot.* 55. *hort.* 48.
OBS. Involucra & involucella sæpius pentaphylla.

Nodosum. 5. TORDYLIUM umbellis simplicibus sessilibus, seminibus exterioribus hispidis. *h. m.* 134.

Caucalis nodoſo echinato ſemine. *mag. Bot.* 56. *hort.* 49.

CAUCALIS.

Involucr. integra. *cor.* diſci maſculæ. *fructus* ſetis hiſpidus.

Herba. fol. 2-pinnata: foliolis inciſis.

1. CAUCALIS umbellis alternis, oppoſitifoliis, umbellâ bifidâ, umbellulis ſubdiſpermis, involucro univerſali diphyllo, partialibus 5-phyllis.. caucalis maritima, umbellâ bifidâ, umbellulis diſpermis, involucris ſemine brevioribus linearibus. *h. m.* 135. *Gerard. gallop. pag.* 237. *icon.* 236. *Pumila.*

   Caucalis pumila maritima. *mag. Bot.* 56. *hort.* 49.

2. CAUCALIS involucris ſingulis pentaphyllis, petalo unico duplo majore. *h. m.* 135. *Grandiflora.*

   Caucalis arvenſis echinato magno flore. *mag. Bot.* 56. *hort.* 48.

3. CAUCALIS involucro univerſali nullo, umbellâ univerſali trifidâ, involucellis triphyllis. *h. m.* 135. *Daucoïdes.*

   Caucalis involucro univerſali lanceolato longitudine umbellæ. *h. m.* 135.

   Caucalis dauci ſylveſtris folio echinato, magno fructu. *mag. Bot. app.* 293. *hort.* 48.

   Echinophora tertia leptophyllon purpurea. *col. ecph.* 96. *tab.* 97.

4. CAUCALIS involucri univerſalis, foliolis multifidis, umbellâ univerſali trifidâ, umbellulis triſpermis. *h. m.* 135. *Platycarpos.*

   Caucalis monſpeliaca echinato magno fructu. *mag. Bot.* 56. *hort.* 48.

   Echinophora altera aſperior platycarpos. *col. ecph.* 1. 95. *tab.* 94.

5. CAUCALIS involucro univerſali nullo, involucellis pentaphyllis, umbellâ bifidâ, ſeminibus hiſpidis. *Leptophylla.*

   Caucalis ſeminum aculeis triglochidibus uncinatis, pilis verticillatis hiſpidis. *h. m.* 136.

Caucalis arvensis echinata, parvo flore & fructu. *mag. Bot.* 56. *hort.* 49.

DAUCUS.

Involucr. pinnata. *fruct.* pilis hispidus. *Herba* scabra punctis prominulis. *fol.* 2-pinnata: foliolis multifidis.

Carota. 1. DAUCUS seminibus hispidis. *h. m.* 136. *La carote.*
Pastinaca tenuifolia sylvestris Dioscoridis. *mag. Bot.* 199.
Daucus officinarum. *mag. hort.* 68.
β. Daucus sativus radice rubrâ. *mag. hort.* 68.
γ. Daucus sativus racide luteâ. *mag. hort.* 68.
* PHARM. *Dauci sylvestris*, & *sativi*, semina. Vis diuretica, carminativa, emmenagoga, antihysteralgica, antihysterica.. *semina* ad drach. II, in infuso.

Visnaga. 2. DAUCUS seminibus nudis. *h. m.* 136.
Gingidium umbellâ oblongâ. *mag. Bot.* 109. *hort.* 88.
OBS. Caulis quandoque scaber, sæpe lævis, ut in sequenti.

Gingidium. 3. DAUCUS involucri radiis planis, laciniis recurvis. *h. m.* 136.
Pastinaca tenuifolia marina foliis obscurè virentibus. *mag. Bot.* 199.
Daucus maritimus lucidus. *mag. hort.* 68.

CONIUM.

Involucra omnia polyphylla brevissima. *fructus* 5-striatus subglobosus, utrinque crenatus.
Herba. fol. bipinnata: foliolis pinnatifidis.

Maculatum. 1. CONIUM seminibus striatis. *h. m.* 137. *La grande cigue.*
Cicuta major. *mag. hort.* 56.

* PHARM. *Cicutæ* radix, herba, extractum. Vis resolvens! antischirrosa, antiscrophulosa, anticancrosa, antiulcerosa, anticatarractalis, antigangrænosa, antipodagrica, antirheumatismalis *stoërk.. extracti cicutæ* dantur gran. 11. manè & serò, sensim ascendendo.

ATHAMANTA.

Involucr. polyphylla linearia. *fructus* ovato-oblongus striatus.

Herba. fol. 2-pinnata: foliolis incertis.

1. ATHAMANTA foliis bipinnatis planis, umbellâ hemisphæricâ, seminibus hirsutis. *h. m.* 138. *Libanotis.*

Daucus montanus apii folio. *Bauh. pin.* 151. *prodr.* 77.

HABITAT in pratis *à l'Esperou, à Banahu...* semina sæpe glabra.

2. ATHAMANTA foliolis linearibus planis hirsutis, petalis bipartitis, seminibus oblongis hispidis. *h. m.* 138. *Le daucus de Candie.* *Cretensis.*

Ligusticum alpinum multifido longoque folio. *Tour. inst.* 323.

* PHARM. *Dauci cretici* semina. Vis dauci sylvestris.

3. ATHAMANTA foliolis capillaribus, seminibus striatis glabris. *h. m.* 138. *Meum.*

Meum foliis anethi. *mag. hort.* 135.

* PHARM. *Meu* radix. Vis emmenagoga, diuretica, carminativa, antiasthmatica, antitertianaria.

4. ATHAMANTA foliis pinnatis inciso-angulatis. *Linn. sist. nat.* 956. *Cervaria.*

Selinum foliis radicalibus ovatis inæqualiter serratis. *Linn. h. Cliff.* 92. *hort. upf.* 59.

Selinum pinnis pinnatis, pinnulis appendiculatis triangulis. *Hall. enum. helv.* 38.

Daucus montanus apii folio major. *mag. Bot.* 84.

Oreoselinum apii folio majus. *mag. hort.* 149. *Tour.* 318.

HABITAT *à l'Esperou, Fougeres, Lamalou, au Capouladou.*

ŒNANTHE.

Involucr. simplicia. *flosc.* sessiles, in disco steriles. *fructus* calyce coronatus subovatus.

Herba. fol. radicalis 2-pinnata: caulina pinnata foliolis linearibus.

Fistulosa. 1. ŒNANTHE stolonifera, foliis caulinis pinnatis filiformibus fistulosis. *h. m.* 144.
Œnanthe aquatica. *mag. Bot.* 189. *hort.* 146.
β. Œnanthe maritima crassiori & nigriori folio. *mag. hort.* 146.

Pimpinelloïdes. 2. ŒNANTHE foliolis radicalibus ovatis incisis, caulinis integris, linearibus longissimis simplicibusque. *h. m.* 144.
Œnanthe, sive filipendula monspessulana. *mag. Bot.* 188.
Œnanthe apii folio. *mag. hort.* 146.
β. Œnanthe pastinacæ sylvestris folio semine atriplicis. *mag. Bot.* 189.
HABITAT juxta *Lattes*, & in pratis *à Gramont.*

** Umbellati *involucro partiali tantùm.*

PHELLANDRIUM.

Fructus ovatus lævis coronatus & calyce & pistillo.

Herba. fol. inferior decomposita: summa 2-pinnata.

Aquaticum. 1. PHELLANDRIUM foliorum ramificationibus divaricatis. *h. m.* 145. *La ciguë d'eau.*
Cicutaria palustris tenuifolia. *mag. Bot.* 293. *hort.* 56.
* PHARM. *Cicutariæ palustris* herba, extractum, semina.

ſemina. Vis aliis adversùs ſchirros, cancros, gangrænam utilis credita, aliis dubia.

HABITAT copiosè in aquis aut ad margines rivulorum, *à Lunel*, *au Caila*.

CORIANDRUM.

Involucella dimidiata linearia. *floſc.* radii abortientes. *fructus* didymus ſubgloboſus.

Herba. fol. decompoſita: foliolis capillaceis.

1. CORIANDRUM fructibus didymis. *Linn. ſiſt. nat.* 961. *Teſticulatum.*

Coriandrum minus teſticulatum. *mag. Bot.* 78. *hort.* 62.

HABITAT in ſatis, *ſous le Peirou*, *& à Selleneuve*; involucrum univerſale ſæpe monophyllum.

SCANDIX.

Involucell. 5-phylla apice inciſa. *fructus* ſubulatus, petala integra. *floſculi* in diſco ſæpius maſculi.

Herba. fol. ſub 3-pinnata.

1. SCANDIX ſeminibus lævibus roſtro longioribus. *h. m.* 256. *Peſten Veneris.*

Scandix ſemine roſtrato vulgaris. *mag. Bot.* 232. *hort.* 180.

2. SCANDIX ſeminibus roſtratis patulis pedunculo longioribus. *h. m.* 256. *Auſtralis.*

Scandix cretica minor. *mag. Bot.* 232. *hort.* 180.

3. SCANDIX ſeminibus nitidis ovato-ſubulatis. *h. m.* 146. *Le cerfeuil.* *Cerefolium.*

Chærophyllum ſativum. *mag. hort.* 51.

* PHARM. *Cerefolii* herba, ſuccus, aqua, ſemina. Vis incidens, aperiens, diuretica, antihydropica †, emmenagoga, antiphlogiſtica, lactife-

ra, antivertiginosa.. *succus* ad unc. IV pluries in die.. herbæ *decoctum* ad unc. V. VI.

CHÆROPHYLLUM.

Involucr. reflexa concava. *petala* cordata. *fructus* oblongus lævis.

Herba. fol. 2-pinnata: foliolis incisis latiusculis.

* *Flosculis omnibus hermaphroditis.*

Sylvestre. 1. CHÆROPHYLLUM flosculis omnibus hermaphroditis, caule æquali. *h. m.* 147. petiolis ancipiti-triangularibus.
Myrrhis sylvestris seminibus lævibus. *mag. Bot.* 181.
Chærophyllum sylvestre perenne cicutæ folio. *mag. hort.* 51.

** *Flosculis disci masculis.*

Temulum. 2. CHÆROPHYLLUM caule scabro, geniculis tumidis. *h. m.* 147.
Myrrhis annua semine striato lævi. *mag. hort.* 140.

Hirsutum. 3. CHÆROPHYLLUM caule æquali, foliolis incisis acutis. *h. m.* 147.
Myrrhis palustris latifolia alba. *mag. hort.* 140.

SESELI.

Involucell. polyphylla. *fructus* ovatus striatus.

Herba, rigida. *inflor.* globosa. *fol.* sub 3-pinnata, linearis.

Glaucum. 1. SESELI petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris, foliolis singularibus binatisque. *h. m.* 147.
Daucus glauco folio similis fæniculo tortuoso. *mag. Bot.* 85.
Seseli glauco folio. *mag. hort.* 184.

2. SESELI caule alto rigido, foliolis linearibus fasciculatis. *h. m.* 147. *Tortuosum.*
Seseli massiliense fæniculi folio crassiore. *mag. Bot.* 239. *hort.* 184.

3. SESELI petiolis rameis membranaceis ventricosis emarginatis. *h. m.* 148. *Annuum.*

4. SESELI foliis bipinnatis linearibus: petiolis basi membranaceis, seminibus ovalibus. *Linn. sist. nat.* 962. *Carvifolia.*
Carvifolia. *Bauh. hist.* 3. *p.* 171.
HABITAT *au Capouladou, à Lamalou.*

5. SESELI petiolis ramiferis membranaceis oblongis integris, foliolis binis ternatisque linearibus subcarnosis petioli longitudine. *Linn. sist. nat.* 962. *Pumilum.*
Daucus montanus multifido folio selini semine. *mag. Bot.* 85.
Fæniculum minimum patulum. *Tour. inst.* 311.
HABITAT in saxosis *à Montferrier, à S. Loup, au Capouladou.*

6. SESELI caule elongato, geniculis callosis, foliis duplicato-pinnatis, pinnulis lanceolato-linearibus distantibus. *Linn. sp. pl. edit.* 2ª. 375. *Elatum.*
Daucus montanus folio fæniculi longiore. *mag. Bot. app.* 294.
Seseli tenuiori folio majus. *mag. hort.* 184.
Fæniculum sylvestre elatius fæniculi folio longiore. *Tour.* 311.
Apium montanum folio tenuiori. *Bauh. pin.* 153.
Seseli longifolium. *Linn. flor. monsp.*
HABITAT *au mont S. Loup, au Capouladou,* & in descensu *à las Cambrétas.*

DECANDRIA
MONOGYNIA.

CERCIS.

Cal. 5-dentatus infernè gibbus. *cor.* papilionacea: *alæ* vexillo longiores vexil-

liformes. *glandula* ſtyliformis ſub germine. *legum.* oblongum planum.

Arbor. fol. integerrima. *inflor.* gemmæ *racemiferæ* alternæ inferiores; gemmæ *foliiferæ* alternæ terminales.

Siliquaſtrum. 1. CERCIS foliis cordato-orbiculatis glabris. *h. m.* 203. *Le guainier.*
Siliqua ſylveſtris rotundifolia. *mag. hort.* 185. *Bot.* 241.

ANAGYRIS.

Cor. papilionacea; *vexillum* rectum; carina alis & vexillo longior. *legum.* teretiuſculum.

Arbor. ſempervirens. *fol.* ternata. *fulcr.* ſtipulâ oppoſitifoliâ bifidâ.

Fœtida. 1. ANAGYRIS. *h. m.* 203. *mag. hort.* 14.

DICTAMNUS.

Cal. 5-phyllus. *petala* patentia: 3 ſurſum; 2 obliquè ad latera ſita. *capſ.* 5, coalitæ.

Herba. fol. impari-pinnata. *fulc.* pili hiſpidi atri in tota planta. filamenta *glandulis* tecta.

Albus. 1. DICTAMNUS. *h. m.* 205. *La fraxinelle.*
Fraxinella. *mag. Bot.* 99.
Fraxinella ſive dictamnus albus vulgò. *mag. hort.* 81.
* PHARM. *Dictamni albi* radix, folia, flores; vis ſuſpecta, diuretica, emmenagoga, ſudorifera, anthelmintica, antiepileptica, antihyſterica.. *radix* ad drach. 1, in ſubſtantia; ad uſque unc. ſſ. in vini albi unc. VI... *folia* & *flores* in infuſo theiformi.

POLYANDRIA

TRIGYNIA.

DELPHINIUM.

Cal. o. petalum ſupremum cornutum. *nectar.* bifidum tubo petali cornuti. *ſiliq.* introrſum dehiſcentes.
Herba. fol. palmato-multifida. *inflor.* racemoſa.

* 1-*Capſulares.*

1. DELPHINIUM nectariis monophyllis, caule ſubdiviſo. *h. m.* 258. *Conſolida.*
Conſolida regalis arvenſis. *mag. Bot.* 73.
2. DELPHINIUM nectariis monophyllis, caule ſimplici. *h. m.* 258. *Ajacis.*
Conſolida regalis hortenſis. *Bauh. pin.*
Delphinium hortenſe. *mag. hort.* 68.

** *Tricapſulares.*

3. DELPHINIUM nectariis diphyllis, foliis palmatis. *h. m.* 259. *La ſtaphiſaigre.* *Staphiſagria.*
Staphiſagria. *mag. Bot.* 246. *hort.* 189.
* PHARM. *Staphiſagriæ* ſemina. Vis intus venenata, emetico-draſtica, inflammans, orthopnoïca, extus antiphtiriaca, antiacarica, abſtergens, ſialagoga.

ACONITUM.

Cal. o. *petalum* ſupremum fornicatum. *nectar.* 2 recurva pedunculata. *ſiliq.* introrſum dehiſcentes.
Herba. fol. palmata. *inflor.* racemoſa.

Obs. Demonstrant *cotyledones*, *foliatio*, *inflorescentia*, *fructificatio*, summam cum delphinio affinitatem.

Lycoctonum. 1. ACONITUM foliis palmatis multifidis villosis. *h. m.* 259. *Le tue-loup.*

Aconitum folio platani, flore luteo pallescente. *mag. hort.* 4.

Napellus. 2. ACONITUM laciniis foliorum linearibus, supernè latioribus, lineâ exaratis. *h. m.* 259. *L'aconit.*

Aconitum magnum purpureo flore, vulgò napellus. *mag. hort.* 4.

SYNGENESIA MONOGAMIA.

VIOLA.

Cal. 5-phyllus. *petalum* supremum basi cornutum inter foliola calycis prominens. *faux* villosa. *caps.* 3-valvis, unilocularis.

Herba, stolonifera. *fulc.* stipulæ solutæ geminæ.

* *Acaules.*

Odorata. 1. VIOLA acaulis, foliis cordatis, stolonibus reptantibus. *h. m.* 467. *La violette.*

Viola martia purpurea flore simplici odoro. *mag. Bot.* 278. *hort.* 205.

* Pharm. *Violæ* flores, syrupus, saccharum, folia, semina, radix. Vis *florum* anodina, demulcens, refrigerans, antitussiculosa, antidyssurica, subeccoprotica.. *foliorum* emolliens.. *seminum* diuretica, purgans.. *radicis* cathartica.. *flores* ad *man.* 1. in decocto; ad drach. 1. in substantia.. *semina* ad unc. 1 aut 1 & ss. pro emulsione.. *radix* ad unc. II. vel III.

** *Caulescentes.*

2. VIOLA caule demum ascendente, foliis oblongo-cordatis. *h. m.* 467. *Canina.*
Viola martia inodora sylvestris. *mag. Bot.* 278. *hort.* 205.

3. VIOLA caule triquetro diffuso, foliis oblongis incisis, stipulis dentatis. *h. m.* 467. *La pensée.* *Tricolor.*
Viola arvensis bicolor. *mag. Bot.* 278. *hort.* 205.

β. Viola bicolor hortensis repens. *mag. hort.* 205.

GYNANDRIA

DIANDRIA.

ORCHIS.

Nectar. corniforme ponè florem.
Herba, simplicissima. *fol.* vaginans. *inflor.* spicata. *rad.* incerta.

* *Bulbis indivisis.*

1. ORCHIS bulbis indivisis, nectarii labio lanceolato integerrimo: cornu longissimo, petalis patentibus. *Linn. sp. sist. nat.* 1243. *Bifolia.*
Orchis alba calcari longo. *mag. hort.* 148.
Orchis alba bifolia minor calcari oblongo. *Tour. inst.* 433.
HABITAT in herbidis circa *Caunelles.* Altitudo sesquipedalis. Hanc primus Monspelii mecum vidit D. *Vicari*, Doctor ex Avenione. Spica pauciflora, laxa.
* PHARM. *Satyrii* radix condita. Vis demulcens, antidysenterica, sterilitati, tabi adversa, aphrodisiaca, analeptica.

2. ORCHIS bulbis indivisis, nectarii cornu longo: labio trifido æquali integerrimo, petalis lanceolatis. *h. m.* 469. *Pyramidalis.*

Orchis cynosorchis & testiculus canis major, flore dilutè purpurascente sive incarnato. *mag. Bot.* 192. *hort.* 148.

Coriophora. 3. ORCHIS bulbis indivisis, nectarii labio trifido reflexo crenato, cornu brevi, petalis conniventibus. *h. m.* 469.

Orchis odore hirci minor. *mag. Bot.* 192. *hort.* 149.

Morio. 4. ORCHIS bulbis indivisis, nectarii labio quadrifido crenulato, cornu obtuso, petalis omnibus conniventibus. *h. m.* 469.

Orchis morio semina. *mag. Bot.* 192. *hort.* 148.

Mascula. 5. ORCHIS bulbis indivisis, nectarii labio quadrifido crenulato: cornu obtuso, petalis dorsalibus reflexis. *h. m.* 470.

β. Orchis morio mas foliis maculatis. *mag. hort.* 148.

* PHARM. *Orchidis* seu *salep* radix. Vis speciei primæ.

Ustulata. 6. ORCHIS bulbis indivisis, nectarii labio quadrifido, punctulis scabro: cornu obtuso, petalis distantibus. *h. m.* 470.

Orchis pannonica quarta. *mag. Bot.* 192.

Orchis militaris pratensis humilior. *mag. hort.* 148.

β. Orchis parvis floribus multis punctis notatis. *mag. Bot. app.* 303.

HABITAT copiosè in humentibus sylvosis circa *S. Loup*, & *au Capouladou*.

Militaris. 7. ORCHIS bulbis indivisis, nectarii labio quinquefido punctis scabro: cornu obtuso, petalis confluentibus. *h. m.* 470.

** *Bulbis palmatis.*

Palmata. 8. ORCHIS bulbis subpalmatis rectis, nectarii cornu conico: labio trilobo lateribus reflexo, bracteis flore longioribus. *h. m.* 470.

Orchis palmata pratensis longis calcaribus. *mag. Bot.* 193. *hort.* 149.

Odoratissima. 9. ORCHIS bulbis palmatis, nectarii cornu recur-

vo, labello ovato trilobo acuto, foliis linearibus. *h. m.* 471.

Orchis palmata anguſtifolia minor odoratiſſima. *mag. Bot.* 193. & *app.* 303. *hort.* 149.

10. ORCHIS bulbis palmatis, nectarii cornu germinibus breviore: labio plano, petalis dorſalibus erectis. *h. m.* 471. *Maculata.*

11. ORCHIS bulbis palmatis, nectarii cornu ſetaceo germinibus longiore: labio trifido, petalis duobus patentiſſimis. *Linn. ſiſt.* 1243. *Conopſea.*

Orchis palmata minor calcaribus oblongis. *Tour.* 435.

Orchis palmata anguſtifolia minor, flore odoratiſſimo. *mag. Bot.* 193? & *app.* 303? *hort.* 149? an hæc ſynonymia potiùs pertinet ad iſtam, quàm ad *orchidem odoratiſſimam* n°. 9?

HABITAT *à Selleneuve* juxta Magnolium. Nos ipſam vidimus *au Capouladou.*

*** *Bulbis faſciculatis.*

12. ORCHIS bulbis faſciculatis filiformibus, nectarii labio ovato integerrimo. *h. m.* 471. *Abortiva.*

SATYRIUM.

Nectar. ſcrotiforme inflato-didymum ponè florem.

Herba. fol. vaginans. *inflor.* ſpicata.

1. SATYRIUM bulbis indiviſis, foliis lanceolatis, nectarii labio trifido, intermediâ lineari obliquâ longiſſimâ præmorsâ. *h. m.* 471. *Hircinum.*

Orchis barbata fætida. *mag. Bot.* 192. *hort.* 149.

ABUNDAT juxta fluvium *Herau* in deſcenſu montis *Capouladou*, ubi creſcit ferè ad altitudinem humanam, obſervante D. *Clapiers.*

2. SATYRIUM bulbis palmatis, foliis linearibus, nectarii labio reſupinato trilobo: intermediâ majore. *Linn. ſp.* 944. *Nigrum.*

Orchis palmata anguſtifolia alpina nigro flore. *Tour. inſt.* 435.

HABITAT in herbidis *à l'Eſperou*, *à Lamalou*, juxta amnem.

OPHRYS.

Nectar. ſubtus ſubcarinatum.
Herba. fol. vaginans. *inflor.* ſpicata.

* *Bulbis ramoſis.*

Nidus avis. 1. OPHRYS bulbis fibroſo-faſciculatis, caule vaginato, nectarii labio bifido. *h. m.* 472.

Corallorhiza. 2. OPHRYS bulbis ramoſis refluoſis, caule vaginato, nectarii labio trifido. *Linn. ſp. pl. edit.* 2*a.* 1339.
Orobanche radice coralloïde. *Bauh. pin.* 88.
HABITAT in ſylvis *à l'Eſperou*, *à la barraque de Michel.* Bulbi ramoſiſſimi, compreſſi.

Spiralis. 3. OPHRYS bulbis aggregatis oblongis, caule ſubfolioſo, floribus ſecundis, nectarii labio indiviſo. *h. m.* 472.
Orchis ſpiralis odorata alba. *mag. Bot.* 193. *hort.* 149.

Ovata. 4. OPHRYS bulbo fibroſo, caule bifolio, foliis ovatis oppoſitis nectarii labio bifido. *h. m.* 472.
Ophrys bifolia. *mag. Bot.* 191. *hort.* 148.

** *Bulbis rotundis.*

Antropophora. 5. OPHRYS bulbis ſubrotundis, caule folioſo, nectarii labio lineari tripartito: laciniâ mediâ longiori bifidâ. *h. m.* 473.
Orchis flore nudi hominis effigiem repræſentans. *mag. Bot.* 192. *app.* 302.
Orchis flore nudi hominis effigiem repræſentans, mas, & femina. *mag. hort.* 148.
HABITAT copioſè in deſcenſu montis *Capouladou*, & ſecus fluvium *Herau.*

Inſectifera. 6. OPHRYS bulbis ſubrotundis, caule folioſo, nectarii labio ſubquinquelobo. *h. m.* 473.

Orchis fucum referens, colore rubiginoſo. *mag. Bot.* 192. *hort.* 149.

Orchis muſcam referens minor. *mag. Bot.* 193. *hort.* 149. β. *Myodes.*

Nectarii labio ſubtrilobo: intermedio acuminato recurvo. γ. *Major.*

Orchis muſcam referens major. *mag. Bot.* 193. *hort.* 149.

Nectarii labio ſubtrilobo planiuſculo: intermedio emarginato obtuſo. δ. *Lutea.*

Orchis muſcam referens lutea. *mag. Bot.* 193. *hort.* 149.

Orchis araneam referens. *mag. hort.* 149. ε. *Adrachnites.*

SERAPIAS.

Nectar. ovatum gibbum: labio ovato.
Herba. fol. caulina vix vaginans.

1. SERAPIAS bulbis fibroſis, floribus erectis bracteâ brevioribus. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 1344. *Helleborine.*

Serapias floribus ſpicatis, nectarii labio petalis breviore. *Ger. flor. gallop.* 132.

Helleborine latifolia montana. *pin.* 186. *mag. Bot.* 126. *hort.* 95.

2. SERAPIAS bulbis ſubrotundis, nectarii labio trifido acuminato petalis longiore. *h. m.* 474. *Lingua.*

Orchis montana italica, flore ferrugineo nutante, linguâ oblongâ. *mag. Bot.* 303. *hort.* 149.

HABITAT in herbidis juxta amnem *à Montferrier*, & ibi in pinetis.

3. SERAPIAS bulbis fibroſis, floribus erectis, bracteâ longioribus. *Linn. ſp. pl. edit.* 2ª. 1344. *Longifolia.*

Serapias nectaria limbo obtuſo longitudine petalorum. *Ger. gallop.* 132.

Helleborine anguſtifolia pratenſis. *mag. Bot.* 126. *hort.* 95.

β. Serapias caule paucifloro floribus diſtantibus, nectario petalis breviore. *Ger. ibidem.*

Helleborine montana anguſtifolia purpuraſcens. *mag. Bot.* 126. *hort.* 95.

CYPRIPEDIUM.

Nectar. ventricosum inflatum concavum.

Herba. fol. subvaginans. *inflor.* subspicata, subbiflora.

Calceolus. 1. CYPRIPEDIUM radicibus fibrosis, foliis ovato-lanceolatis caulinis. *h. m.* 475. *Le sabot de notre Dame.*

Classis X^a.

HEXAPETALI

REGULARES.

HEXANDRIA

MONOGYNIA.

LEUCOIUM.
NARCISSUS.
PANCRATIUM.
ALLIUM.
LILIUM.
TULIPA.
ORNITHOGALUM.
SCILLA.
ANTHERICUM.
ASPARAGUS.
BERBERIS.
PEPLIS.
LYTHRUM. 2.

HEXANDRIA

TRIGYNIA.

COLCHICUM.

ENNEANDRIA.

BUTOMUS.

DODECANDRIA

MONOGYNIA.

LYTHRUM.

POLIANDRIA

MONOGYNIA.

ANEMONE.

POLYGAMIA

MONŒCIA.

VERATRUM.

HEXAPETALI REGULARES.

HEXANDRIA MONOGYNIA.

LEUCOIUM.

Cal. ſpatha. *cor.* ſupera campanulata, apicibus incraſſata: puncto viridi. *ſtigm.* ſimplex.

Herba: ſcapus anceps. *inflor.* nutans: pedicellis triquetris.

1. LEUCOIUM ſpathâ uniflorâ multiflorâque, ſtylo filiformi *h. m.* 163. *Le perceneige.* *Vernum.*
Leucoium bulboſum majus. *mag. hort.* 153.
Narciſſo-leucoium vulgare. *mag. hort.* 142.
β. Narciſſo-leucoium pratenſe multiflorum. *mag. hort.* 142.
* PHARM. *Leucoii bulboſi*, ſeu *violæ albæ* radix, flores. Vis *radicis* emetica, reſolvens; *florum* antiephelica, anticataractalis.

NARCISSUS.

Cal. ſpatha. *cor.* ſupera patens. *nectar.* infundibuliforme monophyllum, integrum. *ſtam.* 3 intra tubum nectarii, breviora: alterna 3 paulò longiora.

Herba: ſcapus ancipiti-tereſ. *inflor.* erecta: pedicellis triquetris.

1. NARCISSUS ſpathâ uniflorâ, nectario campanulato petalis dimidio breviore. *Linn. ſiſt. nat.* 976. *Odorus.*

Narcissus major albus magno odore, floris circulo pallido. *mag. Bot.* 181. *hort.* 141.

HABITAT in pratis *à Lattes*; *aux prés d'arenes.* Habitus sequentis.

Poëticus. 2. NARCISSUS spathâ uniflorâ, nectarii limbo rotato brevissimo. *h. m.* 163.

β. Narcissus albus circulo purpureo. *mag. Bot.* 181. *hort.* 141.

γ. Narcissus angustifolius albus minor. *mag. Bot.* 180. *hort.* 141.

δ. Narcissus medio purpureus multiplex. *mag. Bot.* 181. *hort.* 141.

ε. Narcissus medio purpureus minor. *mag. hort.* 141.

ι. Narcissus albus circulo croceo. *mag. Bot.* 181. *hort.* 141.

Pseudo-narcissus. 3. NARCISSUS spathâ uniflorâ, nectarii limbo campanulato erecto longitudine petali. *h. m.* 164.

Narcissus major totus luteus, calyce prælongo. *mag. hort.* 142.

Jonquilla. 4. NARCISSUS spathâ multiflorâ, nectario campanulato brevi, foliis subulatis. *h. m.* 164. *La jonquille.*

Narcissus juncifolius luteus minor. *mag. Bot.* 182. *hort.* 142.

β. Narcissus juncifolius luteus major. *mag. hort.* 142.

γ. Narcissus juncifolius luteus minimus odore mellis. *mag. Bot.* 182. *hort.* 142.

δ. Narcissus juncifolius flore rotundo roseo. *mag. hort.* 142.

Tazeta. 5. NARCISSUS spathâ multiflorâ, nectario campanulato, foliis planis. *h. m.* 164. *Le narcisse.*

Narcissus medio luteus copioso flore odore gravi. *mag. Bot.* 181. *hort.* 141.

β. Narcissus medio luteus foliis florum longioribus, circulo patulo. *mag. Bot.* 182.

Narcissus medio luteus majoribus floribus. *mag. hort.* 141.

δ. Narcissus flore sulphureo, medio luteus, odore gravi. *mag. Bot.* 182. *hort.* 141.

γ. Narcissus pleno flore latifolius albus medio luteus *mag. Bot.* 182. *hort.*

PANCRATIUM.

PANCRATIUM.

Cal. ſpatha. *cor.* ſupera patens. *nectar.* tubulato-campanulatum, ore 12-fido. *ſtam.* nectarii laciniis interpoſita.
Herba: ſcapus anceps. *inflor.* aggregata ſeſſilis.

1. PANCRATIUM ſpathâ multiflorâ, petalis planis, foliis lingulatis. *h. m.* 165. *Le narciſſe de mer.* Narciſſus maritimus. *mag. Bot.* 182. *hort.* 142. *Maritimum.*

APHYLLANTES.

Cal. ſpathæ vagæ imbricatæ glumoſæ. *cor.* infera patens.
Herba: ſcapus teres. *fol.* o. *inflor.* geminata ſeſſilis.

1. APHYLLANTES. *h. m.* 165. *Monſpelienſis*
Caryophyllus cæruleus Monſpelienſium. *mag. Bot.* 53. *hort.* 47.

ALLIUM.

Cal. ſpatha. *cor.* infera patens.
Herba. fol. incerta. *inflor.* terminalis umbellata.

* *Foliis caulinis planis, umbellis capſuliferis, ſtaminibus trifidis.*

1. ALLIUM caule planifolio umbellifero, ſtaminibus tricuſpidatis, radice tunicatâ. *h. m.* 166. *Le porreau.* *Porrum.*
Porrum commune capitatum. *mag. hort.* 163.
* PHARM. *Porri* radix, ſyrupus, ſemina. Vis intus diuretica, emmenagoga, antiaſthmatica, antiraucedinoſa, anticalculoſa. Extus dolori la-

teris, hæmorrhoïdum, tumoribus articulorum, aurium tinnitui adversa.

Victorialis. 2. ALLIUM caule planifolio umbellifero, umbellâ globosâ, staminibus lanceolatis, corollâ longioribus. *h. m.* 166.

* PHARM. *Victorialis longæ* radix. Vis allii sativi.

HABITAT *à Lamalou, à l'Esperou.*

Subhirsutum. 3. ALLIUM caule planifolio umbellifero, foliis inferioribus hirsutis, staminibus subulatis. *h. m.* 166.

Allium sylvestre, sive moly angustifolium umbellatum. *mag. Bot.* 9. *hort.* 9.

Roseum. 4. ALLIUM caule planifolio umbellifero, umbellâ fastigiatâ, staminibus corollam æquantibus, foliis lævibus. *h. m.* 186.

Allium sylvestre, sive moly roseo amplo flore. *mag. Bot.* 11. *tab.* 10. *hort.* 9.

** *Foliis caulinis planis, staminibus trifidis, umbellis bulbiferis.*

Sativum. 5. ALLIUM caule planifolio bulbifero, radice compositâ, staminibus tricuspidatis. *h. m.* 167. *L'ail.*

Allium sativum. *mag. hort.* 9.

* PHARM. *Allii sativi* radix, aqua, syrupus, oxymel. Vis intus orexica, stomachica, anthelmintica, alexiteria, diuretica, anticalculosa, antihydropica, antihysterica, antiasthmatica, excitans; extus resolvens, maturans, antitinealis, epicarpica.

Scorodoprasum. 6. ALLIUM caule planifolio bulbifero, foliis crenulatis vaginis ancipitibus, staminibus tricuspidatis. *h. m.* 167. *La rocambole.*

Allium sylvestre monspessulanum albidum. *mag. Bot.* 9.

Allium sativum alterum caulis summo circumvoluto. *mag. hort.* 9.

*** *Foliis caulinis teretibus, staminibus trifidis, umbellis capsuliferis.*

Sphærocephalum. 7. ALLIUM caule teretifolio umbellifero, foliis se-

miteretibus, ſtaminibus tricuſpidatis corollâ longioribus. *h. m.* 167.

Allium, ſive moly montanum quintum. *mag. Bot.* 9.

Allium ſphærocephalon purpuraſcens. *mag. hort.* 10.

8. ALLIUM caule teretifolio umbellifero, umbellâ globosâ, ſtaminibus ſubulatis. *h. m.* 168. *Flavum.*

β. Allium ſylveſtre luteum juncifolium bicorne. *mag. Bot.* 9. *hort.* 10.

γ. Allium montanum bicorne flore obſoletiore. *mag. Bot.* 9. *hort.* 9.

9. ALLIUM caule teretifolio ſubnudo umbellifero, umbellâ faſtigiatâ, petalis truncatis, ſtaminibus tricuſpidatis. *h. m.* 167. *Moſchatum.*

Allium moſchatum capillaceo folio. *mag. Bot.* 11. *hort.* 10.

**** *Foliis caulinis teretibus, ſtaminibus trifidis, umbellis bulbiferis.*

10. ALLIUM caule teretifolio bulbifero, ſtaminibus tricuſpidatis. *h. m.* 168. *Vineale.*

Allium ſylveſtre vinearum. *mag. Bot.* 212.

Porrum ſylveſtre vinearum. *mag. hort.* 163.

β. Allium ſylveſtre tenuifolium. *mag. Bot. app.* 290. *hort.* 10... ad mare frequens.

11. ALLIUM caule teretifolio bulbifero, foliis ſcabris ſemiteretibus ſubtus ſulcatis. *h. m.* 168. *Oleraceum.*

Cepa tenuifolia bicornis flore obſoleto. *Tour.* 382.

Allium bicorne proliferum flore intus albo, cum ſtria purpuraſcente externè. *mag. Bot.* 8. *hort.* 9.

***** *Foliis radicalibus, ſcapo nudo.*

12. ALLIUM ſcapo nudo ancipiti, foliis linearibus canaliculatis ſubtus ſubangulatis, umbellâ faſtigiatâ. *h. m.* 168. *Angulosum.*

Allium petræum umbelliferum. *mag. Bot. app.* 289. *hort.* 9.

Allium montanum radice oblongâ. *Bauh. prod.* 27. 3.

Ascalonicum 13. ALLIUM caule nudo tereti, foliis subulatis, umbellâ globosâ, staminibus tricuspidatis. *h. m.* 168. *Les échalottes.*

Cepa ascalonica. *mag. hort.* 50.

Ursinum. 14. ALLIUM scapo nudo semicylindrico, foliis lanceolatis petiolatis, umbellâ fastigiatâ. *h. m.* 169.

Allium sylvestre latifolium. *mag. hort.* 9.

Cepa. 15. ALLIUM scapo nudo infernè ventricoso longiore, foliis teretibus. *h. m.* 169. *L'oignon.*

Cepa vulgaris tunicis & floribus purpurascentibus. *mag. hort.* 50.

Cepa vulgaris floribus & tunicis candidis. *mag. hort.* 50.

* PHARM. *Cepæ* radix, succus. Vis orexica, flatulenta, anthelmintica, diuretica, anticalculosa, aphrodisiaca, antiasthmatica, alexiteria, extus maturans, antiotalgica, anticophosica, buboni, furunculo, ambustis hæmorrhoïdibus adversa.. *succus* ad unc. III. IV.

Fistulosum. 16. ALLIUM scapo nudo folia adæquante, foliis teretibus ventricosis. *h. m.* 169. *La ciboule.*

Cepa oblonga. *mag. hort.* 50.

Schænoprasum. 17. ALLIUM scapo nudo adæquante folia teretia subulato-filiformia. *h. m.* 169. *Autre ciboule.*

Cepa minima sterilis. *mag. hort.* 50.

LILIUM.

Cor. campanulata nuda infera: *petalis* basi incumbentibus lineâ longitudinali nectariferâ. *caps.* valvulis pilo cancellato connexis.

Herba. fol. sparsa. *inflor.* racemosa terminalis.

Candidum. 1. LILIUM foliis sparsis, corollis campanulatis intus glabris. *h. m.* 169. *Le lys.*

Lilium album vulgare flore erecto. *mag. hort.* 118.

* PHARM. *Lilii albi* radix, flores, aqua, oleum. Vis emolliens! anodina, maturans.. *florum* & *aquæ*

intus bechica, demulcens, antitussiculosa.. *aqua* ab unc. IV. V... *flores* ad pug. II. III. in ptisana.

2. LILIUM foliis subverticillatis, floribus reflexis, corollis revolutis. *h. m.* 170. *Martagon.*
Lilium flore nutante ferrugineo. *mag. Bot.* 155.
Lilium floribus reflexis montanum. *mag. hort.* 118.
β. Lilium floribus reflexis albis non punctatis. *mag. hort.* 118.

TULIPA.

Cor. campanulata nuda infera. *styl.* 0.
Herba: scapus teres. *inflor.* solitaria terminalis.

1. TULIPA filamentis basi barbatis, foliis lanceolatis. *h. m.* 171. *Sylvestris.*
Tulipa minor lutea narbonensis. *mag. Bot.* 272. *hort.* 200.
2. TULIPA flore erecto, foliis ovato-lanceolatis. *h. m.* 171. *Gesneriana.*
Tulipa præcox. *mag. hort.* 200.

ORNITHOGALUM.

Cor. erecta, infera, nuda, persistens, supra medium patens; *petala* extus herbacea. *filam.* alterna basi dilatata.
Herba. inflor. corymbosa, racemosa.

* *Staminibus omnibus subulatis.*

1. ORNITHOGALUM scapo angulato, bracteis binis umbellâ longioribus, pedunculis simplicissimis. *h. m.* 171. *Luteum.*
2. ORNITHOGALUM scapo angulato, bracteis binis ternisve umbellâ longioribus, pedunculis ramosis. *h. m.* 172. *Minimum.*
Ornithogalum luteum minus. *mag. hort.* 150.
3. ORNITHOGALUM racemo longissimo, filamen- *Pyrenaïcum.*

tis lanceolatis, pedunculis floriferis patentibus æqualibus, fructiferis ſcapo approximatis. *h. m.* 172.

** *Filamentis alternis emarginatis.*

Umbellatum. 4. ORNITHOGALUM floribus corymboſis, pedunculis ſcapo altioribus, filamentis emarginatis. *h. m.* 172.

Ornithogalum umbellatum medium anguſtifolium. *mag. Bot.* 194. *hort.* 150.

Narbonenſe. 5. ORNITHOGALUM racemo oblongo, filamentis lanceolatis membranaceis, pedunculis floribuſque patentibus. *h. m.* 172.

Ornithogalum ſpicatum monſpelienſe lacteo flore. *mag. Bot.* 194. *hort.* 150.

OBS. Pedunculi longi. Bracteæ pedunculis æquales, ſolitariæ, acuminatæ.

SCILLA.

Cor. infera, nuda, decidua, patens. *filam.* filiformia.

Herba: ſcapus teres. *inflor.* racemoſa.

Autumnalis. 1. SCILLA radice ſolidâ, foliis filiformibus linearibus, floribus corymboſis, pedunculis nudis adſcendentibus longitudine floris. *h. m.* 176.

Hyacinthus autumnalis minor. *mag. Bot.* 134.

Ornithogalum autumnale minus. *mag. hort.* 150.

Bifolia. 2. SCILLA radice ſolidâ, floribus erectioribus paucioribus. *h. m.* 174.

Ornithogalum bifolium cæruleum germanicum. *mag. hort.* 150.

ANTHERICUM.

Cor. infera plana nuda. *capſ.* ovata.

Herba. rad. funiculiformis. *inflor.* racemoſa.

* Phalangium, *foliis canaliculatis.*

1. ANTHERICUM foliis planis, caule ſimpliciſſimo. *h. m.* 175. *Liliago.*
Phalangium non ramoſum. *mag. Bot.* 201.
Phalangium parvo flore non ramoſum. *mag. hort.* 158.

** Narthecium, *foliis enſiformibus.*

2. ANTHERICUM foliis enſiformibus, perianthiis trilobis filamentis glabris. *h. m.* 175. *Calyculatum.*
Phalangium alpinum iridis folio. *mag. hort.* 158.

ASPARAGUS.

Cor. infera nuda erecta: petalis 3 internis apice reflexis. *bacc.* 3-locularis 2-ſperma.

Herba. fol. faſciculata. *inflor.* pedunculi gemini axillares ſublaterifolii divergentes.

1. ASPARAGUS caule erecto herbaceo, foliis ſetaceis, ſtipulis paribus. *h. m.* 176. *L'aſperge.* *Officinalis.*
Aſparagus ſylveſtris folio tenuiſſimo. *mag. Bot.* 30. *hort.* 24.
β. Aſparagus maritimus craſſiore folio. *mag. Bot. hort.* 24.
γ. Aſparagus hortenſis. *mag. hort.* 24.
* PHARM. *Aſparagi* radix, ſemina. Vis aperiens, diuretica, aphrodiſiaca. *Radix* ab unc. ſſ. ad unc. 1.

2. ASPARAGUS caule herbaceo ſuffruticuloſo, foliis aciformibus perennantibus mucronatis ternis æqualibus. *h. m.* 176. *Acutifolius.*
Aſparagus foliis acutis. *mag. Bot.* 31. *hort.* 24.

BERBERIS.

Cal. 6-phyllus. *cor.* infera. *glandulæ* 2 ad ungues. *ſtylus.* 0. *bacc.* 2-ſperma.

Frutex. inflor. racemoſa : floſculis inferioribus verticillatis.

Obs. Filamenta ad tactum ſenſibilia... Variat floribus diandris, triandris, tetrandris.

Dumetorum. 1. BERBERIS. *h. m.* 184. *L'épinevinette.*

Berberis vulgò quæ oxyacantha putata. *mag. hort.* 38.

* Pharm. *Berberidis* cortex, baccæ maturæ, conditæ, ſuccus, ſyrupus, ſemina. Vis *corticis* purgans, antiauriginoſa. *Baccarum* refrigerans, antiputredinoſa, antibilioſa, tonica. *Succus* ad unc. 1.

PEPLIS.

Cal. campanulatus, 12 denticulis, alternis 6 reflexis. *petala* calyci inſerta. *capſ.* 2-locularis.

Herba. fol. oppoſita ſeſſilis. *inflor.* axillaris ſolitaria ſeſſilis.

Portula. 1. PEPLIS. *Linn. ſp. pl.* 332.

Glaux paluſtris flore ſtriato clauſo, foliis portulacæ. *Tour.* 88.

Habitat in udis foſſis ſalſis circa ſtagna, *à Maguelone, Perauls.*

HEXANDRIA

DIGYNIA.

LYTHRUM.

Cal. cor. capſ. caul. Vide infrà Dodecand. monogyniam. *fol.* inferior oppoſita. *inflor.* axillaris ſolitaria ſeſſilis.

2. LYTHRUM foliis ſummis alternis linearibus, floribus hexandris. *h. m.* 228. *Hyſſopifolium.*
Gratiola minor, ſive hyſſopifolia. *mag. Bot.* 123.
Salicaria hyſſopifolia. *mag. hort.* 176.

HEXANDRIA

TRIGYNIA.

COLCHICUM.

Spatha radicata. *cor.* tubo longiſſimo radicato. *capſ.* 3 connexæ inflatæ.
Herba. rad. tuberoſa ſolida: radiculis dimidiatis palmatis. *inflor.* à latere bulbi eodem ac radiculæ.

Obs. Secundo anno *radiculæ*, *folia* & *ſcapus* prodeunt ex oppoſito bulbi latere, & ſic quotannis à dextro ad ſiniſtrum, & vice versâ, ſedem mutant.

1. COLCHICUM foliis planis lanceolatis erectis. *h. m.* 189. *Le tue-chien.* *Autumnale.*
Colchicum commune. *mag. Bot.* 71. *hort.* 60.
β. Colchicum flore albo. *mag. hort.* 60.

ENNEANDRIA.

BUTOMUS.

Cal. o. *capſ.* 6 polyſpermæ.
Herba, immerſa & emerſa. *rad.* fibroſa. *inflor.* terminans ſcapum, umbellata.

1. BUTOMUS. *h. m.* 202. *mag. hort.* 37. *Le jonc fleuri.* *Umbellatus.*
Juncus cyperoïdes paludoſus floridus. *mag. Bot.* 145.

DODECANDRIA MONOGYNIA.

LYTHRUM.

Cal. cylindricus ſtriatus 12-dentatus, 6 alternis reflexis; *petala* denticulis calycinis interpoſita. *capſ.* 2-locul. polyſperma.

Herba 4-gona, immerſa & emerſa. *fol.* oppoſita integerrima.

Salicaria. 1. LYTHRUM foliis oppoſitis cordato-lanceolatis, floribus ſpicatis dodecandris. *h. m.* 227. *La ſalicaire.*

Lyſimachia purpurea vulgaris ſpicata. *mag. Bot.* 172.

Salicaria vulgaris purpurea foliis oblongis. *mag. hort.* 176.

* PHARM. *Lyſimachiæ purpureæ* herba. Vis adſtringens, antidyſenterica, antidiarrhoïca.. *comæ floridæ* ad man. 1, in decocto.. *planta pulveratæ* ad drach. 1, vel drach. 1-ſſ. bis in die.

POLYANDRIA MONOGYNIA.

ANEMONE.

Cal. 0. *ſemina* plurima receptaculo longo affixa.

Herba. fol. incerta. *inflor.* pedunculata ſolitaria terminalis. *fulc.* incerta.

* Hepaticæ & pulsatillæ, *flore bracteato, caule scaposo.*

1. ANEMONE bracteis ternis approximatis calyciformibus integerrimis, foliis integerrimis trilobis. *h. m.* 261. *L'hépatique.* *Hepatica.*
Trifolium hepaticum, sive herba trinitatis, flore cæruleo. *mag. Bot.* 271.
Ranunculus tridentatus vernus flore simplici. *mag. hort.* 169.
Idem, flore albo; carneo; pleno. *mag. hort.* 169.
* PHARM. *Hepaticæ nobilis* herba, flores. Vis vulneraria, tonica, adstringens, antiherniosa, cosmetica.

2. ANEMONE bractea remota multifida, petalis rectis, foliis bipinnatis. *h. m.* 261. *La pulsatille.* *Pulsatilla.*
Pulsatilla folio crassiori & majori flore. *mag. Bot.* 304.
Pulsatilla purpurea cærulea. *mag. hort.* 166.
* PHARM. *Pulsatillæ* herba, aqua. Vis corrosiva, sternutatoria, epicarpica, vesicatoria; *aquæ* antiulcerosa, abstergens.

** Anemone *caule folioso, seminibus caudatis.*

3. ANEMONE foliis radicalibus ternato-decompositis, involucro folioso. *h. m.* 262. *L'anemone.* *Coronaria.*
Anemone tenuifolia flore dilutè purpurascente. *mag. hort.* 15.

4. ANEMONE foliis digitatis. *h. m.* 263. *Hortensis.*

5. ANEMONE foliis caulinis ternis connatis supradecompositis multifidis, seminibus hirsutis caudatis. *Linn. sp.* 539. *Alpina.*
Pulsatilla flore albo. *Tour.* 284.
HABITAT in pratis *à l'Esperou.*

*** Anemone *flore nudo, seminibus ecaudatis.*

6. ANEMONE foliis ternatis ovatis integris serratis, caule unifloro. *h. m.* 263. *Trifolia.*

Nemorosa. 7. ANEMONE seminibus acutis, foliolis incisis, caule unifloro. *h. m.* 263.

Ranunculus nemorosus, anemones flore minor. *mag. Bot.* 219.

Ranunculus nemorosus albus. *mag. app.* 304.

* PHARM. *Ranunculi nemorosi*, seu *albi* flores, aqua. Vis anticephalalgica, cosmetica.

POLYGAMIA

MONŒCIA.

VERATRUM.

Hermaphr. *cal.* o. *stam.* 6. *pist.* 3. *caps.* 3. polyspermæ mas. *cal. stam.* hermaphroditi. rudimentum *pistilli.*

Herba. fol. alterna vaginans integerrima. *inflor.* racemosa ramosa: flosculis immixtis.

Album. 1. VERATRUM racemo supradecomposito, corollis erectis. *h. m.* 512. *L'hellébore blanc.*

Helleborus albus flore subviridi. *mag. hort.* 68.

* PHARM. *Hellebori albi* radix. Vis drastica, sternutatoria, antiscabiosa, antipedicularis, antihypochondriaca, antineaniaca, antiepileptica, anticophosica, antiquartanaria, cautè intus usurpanda. *Radix* à gran. VI ad VII.

Classis XI.ª

HEXAPETALI IRREGULARES.

DODECANDRIA.

RESEDA.

HEXAPETALI IRREGULARES.

DODECANDRIA

RESEDA.

Cal. 1-phyllus partitus. *petala* laciniata. *styli* 3-4. *caps.* ore dehiscens 1-locularis.

Herba. inflor. racemosa. *fol.* incerta.

Luteola. 1. RESEDA foliis lanceolatis integris, calycibus quadrifidis. *h. m. La gaude.*
Luteola herba salicis folio. *mag. Bot.* 168. *hort.* 124.

Sesamoïdes. 2. RESEDA foliis lanceolatis integris, fructibus stellatis. *h. m.* 229.

Alba. 3. RESEDA foliis pinnatis, floribus tetragynis. *h. m.* 124.
Reseda foliis calcitrapæ, flore albo. *mag. Bot.* 221. *hort.* 172.

Lutea. 4. RESEDA foliis omnibus trifidis, inferioribus pinnatis. *h. m.* 125.
Reseda vulgaris. *mag. Bot.* 221. *hort.* 172.

Phyteuma. 5. RESEDA foliis integris, trilobisque, calycibus maximis. *h. m.* 230.
Resedæ affinis phyteuma. *mag. Bot.* 221.
Reseda minor vulgaris. *mag. hort.* 172.

Classis XII^a.

POLYPETALI

REGULARES.

OCTANDRIA

MONOGYNIA.

MONOTROPA.

POLYANDRIA

MONOGYNIA.

NYMPHÆA.

POLYANDRIA

POLYGYNIA.

TROLLIUS.

ADONIS.

POLYPETALI REGULARES.

OCTANDRIA

MONOGYNIA.

MONOTROPA.

Cal. 0. *petala* 10 : 5 exterioribus basi excavato-melliferis extus gibbis : *calyx?* *caps.* 5-valvis polysperma.

Herba parasitica. *fol.* 0. *inflor.* spicata terminans scapum.

Hypopithys. 1. MONOTROPA floribus lateralibus octandris, terminali decandro.

HABITAT copiosè in luco sito ad dexteram ultra pontem *à Selleneuve*, *observante D. Vicari.*

POLYANDRIA

MONOGYNIA.

NYMPHÆA.

Cal. 4-s-5-phyllus. *styl.* 0. *bacc.* multilocularis truncata corticosa.

Herba immersa. *fol.* peltata emersa. *inflor.* radicalis emersa : pedunculo immerso : fructificationibus immersis.

Lutea. 1. NYMPHÆA calyce magno pentaphyllo. *h. m.* 254. *Le nenufar jaune.*

Nymphæa

Nymphæa lutea major. *mag. Bot.* 188. *hort.* 145.

* PHARM. *Nymphææ luteæ* radix, flores, conſerva, ſyrupus, aqua, oleum. Vis *florum* ſuccedanea floribus ſpeciei ſequentis, ſed debilior. Attamen *radix* hujuſce ſpeciei alterius radici præfertur.

2. NYMPHÆA calyce quadrifido. *h. m.* 254. *Le nymphéa blanc.* *Alba.*

